ma deberet baptisari vt vna persona sed si essent due anime deberet baptisari vt due persone. Sed quomodo scietur vtrum sit vna persona vel due. dico q si sint duo corpora et duo capita supponendum est duas esse animas. Si autem vnum esset caput esset vna anima et ideo si sint duo corpora et duo capita supponendum est duas esse animas. si autem vnum esset pectus et vnum caput quantumcunque omnia alia membra multiplicata erit vna anima.

Capitulum vi. de ritu baptismi.

Baptismus fit duobus modis. Uno modo immergendo in aquam. alio modo aspergendo in aquam quis autem fiat melius. dicendum q nisi timeatur de periculo: vel propter baptisandi debilitatem: vel pueri: vel aliquid aliud melius fit immergendo in aquam: q aspergedo cuius ratio assignatur quia baptismus signat sepulturam christi. Unde dicit apl's. Consepulti enim estis xpo per baptismum. Sed melius figuratur sepultura qn fit immergendo q qn fit aspergendo Sciendum q vnusquisque debet seruare ritum ecclesie nec debet ipsum mutari. Utrum autem requiratur terna immersio vel aspersio vel sufficiat vna. Dicendum est q sufficit vna iii. ca. Propter de conse. di. iiii. Sed ceteris paribus fit melius per ternam. in ca. Post q di. iiii. Et glo. qz baptismus datur in nomine totius trinitatis: que melius representatur p ternam immersionem: vel aspersionem q per vnam. ita tamen q verba non finiantur anteq omnes tres sint complete. In hoc autem q fiat vna vel terna: quilibet debet seruare ritum ecclesie sue.

Ca. vii. de effectu baptismi.

Effectus principales baptismi sunt delere omnem culpam tam originalem quem actualem: et conferre gratiam et aperire ianuam regni celestis. in quo differt a circuncisione qm licet ante passionem xpi circuncisio deleret culpa originalem et conferret gratiam tn ianuam regni celestis aperire non poterat. Et ista est sententia venerabilis bede qui dicit in omelia sua de circuncisione domini Scire inquit debet fraternitas vestra q idem salutifere curationis reme-

dium olim circumcisio/in lege contra originale peccatum agebat:quod nunc tempore gratie reuelate baptismus agere cõsueuit.excepto q ianuam regni celestis aperire non poterat Sciendum q baptismus aliter operatur in paruulis z aliter in adultis in paruulis nichil requiritur a parte ipsorum: sed in adultis requiritur a parte ipsorum q non ponant obicem. i.non habeant contrariam dispositionem scilicet q non accedant ficte ad baptismum sed accedant cum debita deuotione non solum aũt baptismus cõfert gratiam immo etiam omnibus ipm suscipientibus tam paruulis q̃ adultis qui non ponunt obicem confert omnes virtutes tam theologicas q̃ morales z si non q̃tum ad vsum:ad minus q̃tum ad abitum.et ista est sententia consilii generalis et habetur in constitutionibus domini clementis quinti. extra de sum. tri.et fide catho.ca.Fidei catholice.Est et insuper alius baptismi.q2 per ipsum contragitur conatio spũalis que impedit matrimonium contrahendũ et dirimit am contractum De hoc tamen dicitur infra quãdo agetur de matrimonio. Per baptismum etiam imprimitur caracter vt dictum est supra: ideo baptismus non debet iterari:immo pena illius qui iteraret secundum legis esset decapitatio.capitu. Ne sanctum baptismum iteretur.le.ii secundum vero canones est q non promoueatur ad sacros ordines.

Capitulum viii.de annexis baptismo.

Baptismum qñ fit cum debita solemnitate precedunt cathecism9 et exorcismus.cathecismus idẽ est quod instructio quia in cathesimo instruit baptismus de fide.Vñ baptisando petit sacerdos.Que petis ab ecclia.At ipse si sit adult9 respondet:fidem. Si autẽ sit paruulus respondent in persona eius patrini.Et tunc sacerdos petit Fides quid tibi prestabit.At illi respondent vitam eterã. Tunc dicit sacerdos. Hec est vita eterna.zc. Et in isto cathecismo facit tria sacerdos. Primo mittit digitum in aures eius:et ponit de saliua eius in ore ei9 z signat q baptisãd9 debet habere aures apertas.ad audiẽdũ verba dei z documẽta fidei.positio saliue si

gnat q debet esse promptus ad loquendum de fide qr locu-
tio fit mediante saliua. Secundo facit ei crucē in fronte et in
pectore. ⁊ signat q baptisandus debet habere et recipere fidē
xp̄i in corde: quam signant crux facta in pectore ⁊ in ore con-
fiteri fidem xp̄i nec debet erubescere fidem xp̄i quod signat
crux facta in fronte quia in frōte statim apparet verecundia
q̄m secundum quod dicit apostol⁹ ad. xii. Corde creditur ad
iusticiam: ore autem cōfessio fit ad salutem. Tertio ponit ei
sal in ore quod signat sapientiā iuxta doctrinā apostoli ad
collo. iii. Omnis sermo eius debet esse sale diuine sapientie
conditus. Exorcismus idem est q adiuratio. quia adiuratur
demon vt recedat de illa baptisandi et det locum sp̄ui sancto
aduenienti. Et facit tria sacerdos baptismo qr primo facit ei
crucem in fronte cum pollice ⁊ signat q baptisando consigna
tur vt sit templum dei seu habitaculum sp̄ussancti. Secundo
facit ei crucem de sputo ad aures ad nares ⁊ ad eos. ⁊ signat
q baptisandus debet h̄re aures cordis clausas ne audiat sug
gestiones dyaboli. Os etiam debet habere clausum ne loqua
tur mala verba ⁊ debet sic viuere vt sit secundum doctrinā
apostoli bonus odor xp̄i in vita sua vel istud signat q debet
emittere suum oīnis deuote per quā effugat domum. Iuxta
verbum raphaelis in thobia. c. iiii. Fumus eius effugat om-
ne genus demoniorum. ⁊ ista facit cum sputo. i. virtute xp̄i q̄
significatur per sputum scd̄m q dicit glo. super illud ioh. ix.
Lutum fecit ex sputo. nam sicut sputum emittitur ab inter-
oribus cordis ita filius dei gignitur ex substantia dei p̄ris.
Tertio facit ei crucem de oleo exorcisato in pectore et inter
spatulas ⁊ signat q baptisandus debet esse fortis ad luctan-
dum contra dyabolum ⁊ ad portandum onera pn̄ie ⁊ ista fi-
unt mediante oleo diuine gratie. Post baptismum aūt tria
facit sacerdos baptisato. quia primo vngit eum crismate ⁊ si-
gnat virtutem gratie sp̄ussancti quam suscepit in baptismo.
Secundo tradit ei vestem albam. et signat innocētiam bap
tismalem. Tertio tradit ei cereum accensum. et signat lumē
fidei quod datur in baptismo. Sciendum insuper q ista nō

de essentia baptismi quia sine ipsis bene potest dari baptism⁹ in casu necessitatis. Sed in tali casu si baptisatus superuixerit debet portari ad ecclesiam ꝛ ibidem cathecisari ꝛ exorcisari propter ritum ecclesie seruandū. non aūt dꝫ iterū baptisari si sit certum ꝙ sit recte baptisatus. sed si non sit certum debet baptisari sub ista forma. Si tu es baptisat⁹ ego non baptiso te. sed si tu nō es baptisatus ego baptiso te in nomine patris et filii ꝛ spiritussancti. Et hec de baptismo sufficiant.

¶ Tractatus tertius prime partis principalis de confirmatione. ¶ Ca. i. quid est confirmatio

Quia per spiritualem generationem sequitur augmentum spirituale ideo postꝙ de spirituali generatione que fit in baptismo dictū est: restat dicere augmento quod fit in confirmatione. Circa quam considerenda sunt septem. Primo quid est cōfirmatio. Secundo de materia confirmationis. Tertio de forma eiusdem. Quarto de eius ministro: Quinto de suscipientibus confirmationem. Sexto de ritu ipsius. Septimo de eius effectu. Confirmatio potest sic diffiniri. Confirmatio est consignatio facta cum crismate in fronte baptisati ab epo cum certa forma verborum ad audacter confitendum nomen xp̄i.

¶ Ca. ii. de materia confirmationis

Materia confirmationis vt pꝫ ex predicta diffinitione est crisma in quod quidem crismate sunt duo scꝫ oleū oliuarum et balsamus. Et rō quare ista duo sunt materia hui⁹ sacramenti est institutio xp̄i qui instituit ista duo esse materiam huius sacramenti. licet tn̄ non inueniatur in euangeliis ꝙ christus istud sacr̄m instituerit tn̄ beatus petrus qui fuit vicari⁹ christi pastor ac rector vniuersalis ecclesie ita docuit ita predicauit et promulgauit christum instituisse. Et licet ista promulgatio nō inueniatur in canonicis id est in epistolis beati petri tn̄ dominus papa hꝫ in decretis romane ecclesie. et potest habere ex obseruantia primeua totius ecclesie vniuersalis a tēpore petri vsqꝫ nunc que quidē obseruantia preemi

net auctoritati cuiuscunq;: cum vniuersalis ecclesia regnatur a spiritusancto ₇ errare non possit. Et si queratur quare euangeliste nō posuerunt in euangeliis materias et formas sacramentorum respondet beatꝰ dyonisius in libro de celesti hierarchia dicens ꝙ euangeliste noluerunt hoc facere ne materie et forme sacramentorum venirent in derisionem infidelium quia secundum qđ dicit saluator margarite non sunt ponende ante porcos. Secus autem de baptismo quia baptismus est sacramentum maxime necessitatis cum sine baptismo nullus saluari possit. ideo oportuit ꝙ forme eius esset omnibꝰ cōis et manifesta idcirco euangeliste posuerunt eā expresse in euāgeliis. Assignatur tñ a doctoribus talis ratio quare crisma est propria materia huius sacramenti q₂ in crismate vt dictū est sunt duo sc₂ oleum oliuarum et balsamus. Et proprietates istorum maxime conueniunt huic sacramento q₂ oleum oliuarum est nutrimentum splendoris ₇ componitur in lampade vt lumen possit ibi durare: ideo oleum est signum maioris voti ₇ luminis fidei: quam fidē debet habere pre ceteris confirmatus: q₂ tenetur se expresse obicere persecutoribus fide: et confiteri fidem absq; hoc ꝙ requiratur. Unde de confirmato dicitur in psalmo. Inueni dauid seruum meum in baptismi susceptione: oleo sancto meo vnxi eum in confirmatione: auxiliabitur enī ei manus meas in fidei persecutione. Balsamus autem rōne sue fragrantie designant odorem bone fame et opinionis que debet esse in confirmato. Unde in ecclesiastico. c. xxiiii. Sicut cynamomū et balsamū aromatizans odorē dedi. Arguunt ergo doctores sic. Illud est ppria materia sacramenti cōfirmationis cuius pprietates maxime conueniunt effectui ipsius sacramēti: sed illa. s. oleū oliuarū ₇ balsamus sunt hmōi ergo ista sunt propria materia sacramēti cōfirmationis. ¶ Sciendū aūt ꝙ ista primo debēt esse sanctificata seu bñdicta ab epō anteꝙ sint ppria materia huius sacramenti. Cuius rō assignatur a sctō. Thoma de aquino in quarto suo q₂ in sacramētis que xp̄s recipit in corpore suo nō requiritur sanctificatio materie eorum q₂ ipse tactu sui san-

tissimi corporis sanctificauit ea ꝛ ideo qꝛ xp̄s fuit baptisatus non requiritur de necessitate sacramenti ꝙ aqua primus benedicatur anteꝙ̄ sit materia baptismi. qm̄ vt dicit beda Xp̄s tactu sue mundissime carnis vim regnationis contulit aq̄s Qꝛ etiam xp̄s suscepit sacramentum eucharistie in seipso nō requiritur ꝙ panis ꝛ vinum prius bn̄dicantur anꝙ̄ sint materia sacramenti eucharistie. Sed in illis sacramentis que xp̄s non suscepit in seipso: requiritur ꝙ precedat materie sanctificatio. Et quoniam xp̄s non suscepit sacramentum confirmationis in seipso: ideo in confirmatione requiritur materie consecratio. Et idem dico de sacramento ordinis et de sacramento extreme vnctionis. Alia ratio assignatur ab eodem doctore in vltima perte summe sue qꝛ in illis sacramentis in quibus requiritur minister specialiter consecratus requiritur ꝙ materia sacramenti conformiter se habeat ad ministrum sacramenti sed in sacramento confirmationis requiritur minister specialiter consecratus sꝫ ep̄s quare in sacramento confirmationis requiritur materia specialiter consecracta. In alia aūt materia non potest fieri hoc sacramentū

¶ Ca. iii. de forma consecrationis.

Forma istius sacramenti sunt verba que ep̄s dicit qn̄ facit crucem in fronte confirmandi cum crismate: que sunt ista. Consigno te signo crucis. confirmo te crismate salutis. In nomine patris. ꝛc. Quod autem forma illa sit conueniens forma huius sacramenti patet qm̄ illa forma est cōueniens forma sacramēti: per quā ꝛ in qua exprimitur ea q̄ sunt necessaria ad sacramentum confirmationis: sed in ista forma que sunt necessaria ad sacramentum confirmationis exprimitur quia in confirmatione est necessaria ꝑsona ministri conferētis sacramentum ꝛ istud exprimitur cum dicitur. Consigno ꝛ confirmo. ꝛc. Et insuper ibi necessaria persona suscipiens sacramentū que exprimitur cum dr̄ te. Est ibi etiā necessaria materia sacramēti que exprimitur cum dr̄ crismate. Est insuper ibi necessaria virtus dei conferentis efficaciā sacramento que exprimitur cū dicitur. In nomine patris. ꝛc.

Effectus etiã sacramenti exprimimur in ipsa forma sed istud videbitur infra q̃n agetur de effectu eiusdem: quare manifestum est q̃ illa forma est conueniens forma huius sacramẽti

¶ Ca. iiii de ministro confirmationis.

Minister huius sacramẽti confirmationis est solus episcopus. Cuius ratio assignatur a doctoribus talis. Sicut est in policia corporali bene ordinata ita suo modo debet esse in spolicia spirituali: sed sic est in policia corporali bene ordinata q̃ promouere aliquem ad statum ⁊ gradum excelcellentie super alios pertinet ad alium qui habet curam communitatis scilicet ad principem q̃z ergo confirmatus per sacramentum confirmationis ponitur in statu excellentie sup alios cum confirmatus efficiatur miles xp̄i: ideo conferre sacramentum confirmationis pertinet ad solum episcopum q̃ habet curam totus communitatis in sua diocesi. Sed quiritur vtrum in casu necessitatis alius q̃ ep̄s possit confirmare Dicẽdum q̃ in materia ista doctores contrariantur sibi inuicem. Aliqui dicunt q̃ papa posset committere cuicunq̃ fideli viro q̃ ministret sacramentum confirmationis: ⁊ assignãt talem rationem. Ille qui tenet locum xp̄i in terris et habet plenitudinem potestatis in ecclesia dei: potest dispensari in sacramentis omnibus que non sunt institua a christo: sed nõ legitur in toto canone noui testamenti quod christus instituerit sacramentum confirmationis dari a solis epyscopis ergo papa qui habet plenitudinez potestatis in ecclesia ⁊ tenet locum christi: potest ordinare q̃ illud sacramentum conferatur ab illis q̃ episcopis. Alii doctores dicunt contrarium scillicet quod papa non potest committere alicui nisi sit episcop⁹ quod conferat sacramentum confirmationis. Quorum ratio est quia in illis que sunt de necessitate sacramenti non potest per papem aliquid immutari: sed episcopus de necessitate sacramenti confirmationis est minister huius sacramenti ergo non potest per aliquem fieri puta q̃ alius q̃ episcopus conferat istud sacramentum. Maior huius rationis ab om-

bus conceditur Minor probatur quia sicut de eius necessita te est q eius materia sit sanctificata nec aliquis potest istud mutare sic de necessitate eius est q eius minister sit sanctifi- catus: que sanctificatio sit in spirituali vel episcopali conse- cratione quare solus episcopus de necessitate est minister hu ius sacramenti Alii tamen doctores tenent viam mediam di centes q papa non potest committere cuicunque fideli in diffe rent q conferat hoc sacramentum sed omni sacerdoti potest committere ei rationem primi dicti assignant qua nulli po- test committi q habeat potestatem supra corpus christi mis- ticum adminus ad dispensationem sacramentorum nisi ha- beat potestatem supra corpus christi v.rum que supra corp9 christi nisi cum potestas descendit a potestate super corpus christi verum sed solus sacerdos habet potestatem supra cor pus christi verum ergo soli sacerdoti potest committi q ha- betur potestatem supra corpus christi misticum Et hoc in dis pensando sacramenta. sed ministrando sacramentum confir mationis. Rationem secundi dicti assignant ex quodam de- creto in quo legitur q gregorius papa commisit quibusdam sacerdotibus anglie q vngerent baptisatos in fide cum cris- mate: sed in tali vnctione confertur sacramentum confirma tionis: quare potest omitti sacerdotibus a papa q conferant hoc sacramentum. Et hoc vltimum reputo verius.

¶ Ca. v. de suscipientibus confirmationem:

Sacramentum confirmationis debent recepere omnes baptisati: tam viri q mulieres qz secus et de militia se cular et de militia spirituali: quoniam militiam secularem non de bent recipere mulieres: sed solum viri: quia mulieres non sunt apte ad pugnandum corporaliter: militiam autem spiritua lem possunt recipere omnes indifferenter tam viri q mulie- res quia tam viri q mulieres sunt apti ad pugnadum spiri- tualiter contra persecutores fidei: sed militia spiritualis da tur in confirmatione: quare sacramentum istud possunt reci pere tam viri q mulieres. Et hoc est quod dicit amplius. In

christo iesu neqꝫ masculus neqꝫ femina. quasi velit dicere ꝙ quo ad xp̄m non est differentia de masculo et femina. Sed nunquid pueri sunt confirmandi. Dicendum est ꝙ sic: statim cum incipiant habere vsum rationis. qꝛ tunc sunt apti ad cō fitendum fidem chꝛisti. In sacramento isto datur spiritussanctus ad robur vt fides xp̄i audacter recipiatur et cō fiteatur. Sed numquid sine peccato potest aliquis omittere ne vnꝙ recipiat sacramentum confirmationis. Dicendum ꝙ sine sacramento potest esse aliquis saluus qꝛ multi nōn cō firmati saluantur sed si sit opoꝛtunitas suscipiendi illud sacramentum quilibet debet suscipere. Et si sine causa rationabili omittat ipsum suscipere peccat moꝛialiter. Cuius ratio est quia quilibet quantum in se est debet se disponere ad suscipiendum gratiam vel eius augmentum si sit capax eius sed in sacramento confirmationis si digne suscipiatur confertur gꝛacia vel augetur Ergo quilibet habita opoꝛtunitate debet suscipere illud sacramentum Ideo sacerdotes curas animarum habentes debent instruere parrochianos suos vt cū episcopus erit in parochia p̄ns suscipiant illud sacramentum

¶ Ca. vi. de ritu confirmationis.

Ritus istius sacramenti confirmationis est quando aliquis confirmatus iungitur per modum crucis ab episcopo in fronte cum crismate sub foꝛma verboꝛum p̄dicta. Puta. Consigno te. ꝛc. Et iste ritus est conueniens Cuius ratio est. quia in ritu sacramenti debet signari virtus. et effectus sacramenti. modo virtus et effectus sacramenti confirmationis est. quod per ipsum datur spiritussanctus ad audacter fidem chꝛisti confitendum. et quod per ipsum confirmatus efficitur pugil xp̄i. et ista signantur in ritu ipsius sacramenti. Nam per vnctionem signatur ꝙ confirmatus in confirmatione efficitur pugil xp̄i: nam antiquitꝰ pugiles inungebantur: per alia autem signaturꝙ confirmatus debet audacter cōfiteri fidem chꝛisti. Nam a confessione xp̄i potest

aliquis impediri propter duo scz propter verecundiam vel propter timorem. ¶ Contra primum fit confirmato crux in frōterum crismate. vt videlicet non erubescat confiteri fidē christi in fronte primo apparet verecundia qz qn̄ homo verecūdatur frons incipit primo erubescere ideo cōtra ruborem verecundie inungitur frons. Sed contra timorem fit etiā crux in fronte. qz qn̄ homo timet incipit frons & etiam tota facies palescere. ideo contra timorem confirmatus munitur signo crucis. Alapa autem que datur confirmato non est de necessitate sacramenti sed solum propter memoriam datur. locus autem vnctionis debet etiam aliquo panno mundo inuolui propter reuerentiam sacramenti.

¶ Ca. vii. de effectu confirmationis

Effectus huius sacramenti est qz vt dictum est spiritussanctus ad robur & audaciam confitendi nomen christi et fidem in eo datur. Unde nisi sit obex .i. impedimētum ex parte suscipientis in sacramento isto datur noua gr̄a vel antiqua augetur. Est etiam alius effectus istius sacramenti qz p ipsum si bene & digne suscipiatur pctā oblatia mortalia & venia culo dimittuntur per istud etiam sacramentum imprimitur caracter vt supra dictum est ideo istud sacramentum nō debet nec potest bis suscepit immo qui scienter bis susciperet mereretur secundum leges decapitari. vt supra dictum est de baptismo. Sciendum autem q̄ caracter confirmationis presupponit caracterem baptismi. qz nullus pōt suscipere istud sacramentum nisi fuerit baptisatus. Per istud etiam sacramentum contrahitur cognatio sp̄ualis sicut per baptismum que impedit matrimonium contragendum et dirimit iam contractum. De hoc dicetur infra quando agetur de matrimonio. Et hec de sacramento confirmationis dicta sufficiāt

¶ Tractatus quartus prime partis principalis est de sacramento eucharistie. ¶ Ca. i. quid eucharistia & vnde dicatur.

Postq̄ dictum est de generatione spirituali que fit in baptismo & de augmento spirituali quod fit in confirmatione dicendum est de sp̄uali nutrimento

to quod datur in sexto eucharistie. Circa quod consideranda sunt.xi. Primo quid sit eucharistia. Secundo de ministro eucharistie seu misse.quis et qualis debet esse.tertio de materia eucharistie que et qualis debet esse.quarto de forma eucharistie.quinto in quo loco debet celebrari missa.sexto tpe quo debet celebrari missa.septimo quotiens in die debet celebrari. octauo de vestibus quibus debet indui sacerdos in missa nono debet dari sacramentum eucharistie.decimo de ritu misse vndecimo de defectibus qui possunt occurrere in missa. Eucharistia potest sic diffiniri. Est sacramentum corporis et sanguinis contentorum sub speciebus panis et vini virtute verborum a sacerdote prolatorum:et dicitur ab eu quod est bonum et caros gratia quia in eo cõtinetur ille qui est fons gratie scilicet xp̄s de cui⁹ plenitudine omnis accepimus gratiã vt dicitur. Johan.i.ca.

¶ Cap.ii.de.ministro eucharistie.

Minister sacramenti eucharistie.i.minister qui potest et debet celebrare missam sed sacerdos rite et legitime ordinatus sine pctõ mortali existens et cui non est prohibitum celebrare.dico qui potest ꝛ debet qꝛ multi possunt qui non debent celebrare sicut sacerdotes heretici;vel excõicari vel scismatici vel degradati quia si celebrant veraciter conficiunt corpus xp̄i tñ peccant mortaliter in dicendo missam ꝛ non solum ipsi celebrantes immo omns qui audiũt eorum missam si sint notorie tales.dico rite et legitime ordinatus qꝛ nullus nisi sit rite et legitime ordinatus in sacerdotem potest celebrare missam. Intelligendum est tñ ꝙ rite et legitime ordinatus potest esse duobus modis. Uno modo scꝫ ꝙ in ordinatione sua omittatur aliquid quod sit de essentia ordinis vel ordinationis sicut ꝙ non ordinetur ab epo.vel ꝙ quando ordinatur ei manus non inungantur vel ꝙ non tradatur ei calix vel ꝙ ordinans non dicat verba debita et statuta vel ꝙ nõ habeat intentionem ordinandi.et talis nullo modo potest celebrare:qꝛ talis non est sacerdos. Alio modo scꝫ ꝙ in ordinati

one sua seruatis omnibus que sunt de essentia ordinis seu ordinationis omittatur aliquid eorum que sunt de solemnitate ordinis vel ordinationis et talis bene potest celebrare. tamen credo quod non debet potissime si ex negligentia sua fuerit aliquid tale omissum. Quid autem sit de essentia ordinis vel ordinationis et quid sit de solennitate non est presentis speculationis Quia scire istud magis spectat ad episcopum quam ad simplicem sacerdotem. Dico etiam sine peccato mortali existens. quia nullus in peccato mortali existens debet celebrare missam. Notandum tamen quod aliquem esse in peccato mortali debet intelligi duobus modis. Uno modo vt sit in peccato notorio. Alio modo quod sit in pecato mortali aculto. Primo modo vt sit notorius hereticus excommunicatus symoniacus vel fornicarius non solum ipse peccat in celebrando immo omnes qui audiunt missam eius. Et ratio est quia ista quattuor crimina maxime repugnant huic sacramento. Nam in hoc sacramento est secretum fidei repelluntur heritici. Et est vinculum caritatis ideo repelluntur scismatici et excommunicati. et est etiam vas gratie vnde vocatur eucharistia ideo repelluntur symoniaci qui gratiam emunt et vendunt. Eleuat insuper hominem ad statum spiritualem ideo repelluntur fornicari notorii qui omnes sunt carnales. Et dicuntur notorii fornicarii non propter suspicionem: vel alia signa probabilia sed quia sunt secundum iuris ordinem condennati de tali crimine vel sponte in iudicio confessi vel canonice conuicti. vel propter euidentiam facti quando factum est ita notorium quod non indiget testibus cum non possit aliqua tergiuersatione celari. Si peccato mortali oculto.

Sciandum est quod aliquem esse in peccato mortali oculto: potest intelligi tribus modis vno modo quia iam commisit vel scit se commisisse tempore preterito aliquod peccatum mortale de quo non debet nec penitet nec conteritur. Et talis sic celebrans non solum peccat mortaliter immo mortalissime. Et de tali dicit apostolus quod qui manducat et bibit indigne. iudicium scilicet mortis eterne sibi manducat et bibit alio modo aliquis potest esse in peccato morta

si occulto: qz scilicet commisit aliqd peccatũ mortale quod nõ fuit confessus tamen non recolit de illo peccato. Et talis aut diligenter examinauit conscientiam suam anteq̃ poneret se ad celebrandum et nullo modo potuit recordari de illo peccato et est in proposito q̃ si recordaretur confiteretur illud peccatum et faceret penitentiam de illo et in generali conteritur de omnibus peccatis oblitis: et tunc iste non peccat celebrando immo virtute sacramenti misse meretur veniam et absoluitur di illo peccato. Et ita intelligitur illud verbum eximii doctoris augu. q̃ istud sacramentum viuificat mortuos. id est illos qui isto modo existentes in mortali peccato: celebrant tamen si postea talis recordatur de illo peccato tenetur de illo confiteri quilibet tenetur anteq̃ se ponat ad celebrandum diligenter examinare conscientiam suam si sit in peccato mortali vel nõ et ita precepit beatus paulus dicens. Probet autem id est examinet seipsum homo et sic de pane illo edat et de calice bibat. Si autem existens in peccato mortali de quo non recordatur exponat se ad celebrandum antequam examinauerit aliquo modo consciencia suam. credo quod peccat: quia est transgressor precepti apostoli iam dicti scilicet illius probet seipsum homo. et cetera.
Tercio modo aliquis potest esse in peccato mortali. s. qz recordatur se determinate aliquod peccatum mortale commisisse: tunc aut iste habet in presenti copiam confessoris aut nõ si sic tenetur anteq̃ celebret confiteri: et nisi confiteatur peccat mortaliter celebrando. nec sufficit sibi confessio generalis que fit in principio misse qz ista confessio extendit se solum ad peccatam venialia et non ad mortalia maxime ad illa de quibus homo recordatur. si autem talis nõ habet copiam sacerdotis aut imminet sibi necessitas celebrandi puta quia iste est curatus et est dies dominica vel dies solennis et populus sibi commissus vult audire missam et esset scandalum in populo nisi ipse celebraret: vel forte aliquis parrochianus suus est infirmus periculose et requirit istum q̃ det sibi corpus christi et iste non habet hostiam cõsecratam quam

bet sibi vel imminet sibi aliqua necessitas celebrandi: sicut sunt nuptie vel aliquid tale. In istis casibus et similibus ipse tenetur confiteri et penitere de peccato suo et esse in proposito confitendi ipsm quando oportunitatem et dicat missam in nomine domini: qz xps est summus sacerdos absoluit eu̅ sed confiteatur postea qn̄ habet copiam confessoris. Si autem isti vt dictam est qui sic existit in peccato mortali nulla immineat necessitas celebrandi: nullo modo se exponat ad celebrandam quia absqz dubio si celebraret mortalissime peccaret. Sed pone aliquis sacerdos recipit pecuniaz ab aliquo vt dicat missam de requiem vel aliquam aliam. nunquid talis sacerdos habet necessitatē celebrandi: ita ꝙ possit celebrare existens in peccato mortali absqz hoc ꝙ confiteatur qn̄do non habet copiam cōfessoris. Dico saluo meliori iudicio qua̅tum michi videtur ꝙ nulus sacerdos debet accipere pecunia̅ pro dicēdo missam. ita ꝙ intentio sua sit sic ꝙ missam equipararet precio pecunie tamen secundum ꝙ dicit apostollus Si spiritualia vobis seminamus: non est mirum si temporalia vestra metamus. Non est ergo prohibitum ꝙ sacerdos pro sustentatione vite sue non pro precio misse recipiat pecuniam ab eo pro quo dicit missam maxime quando sacerdos nō habet sufficientes redditus pro sustentatione vite. Sed nunquid talis receptio pecunie est necessitas legitima celebrandi excusans istum vt existens in peccato mortali possit celebrare missam absqz pctō sine hoc ꝙ confiteatur si nō habet copiam confessoris. Dico saluo meliori iudicio ꝙ iste sacerdos aut est obligatus ratione beneficii sibi collati per superiorem vel per illum qui habet ius patronatus in illo beneficio ad dicendū qualibet die missam sicut sunt illi qui habent vicarias perpetuas in aliqua ecclesia. Et de tali idem michi videtur dicendum sicut dixi supra de curato cui imminet necessitas celebrandi: scilicet ꝙ conteratur et peniteat de peccato suo et sit in proposito penitendi et celebret in nomine domini et confiteatur quando occurret sibi confessor. Aut iste sacerdos recipit pecuniam pro dicenda aliqua alia missa singulari sicut

sunt multi qui recipiunt pecuniam pro missis rogatis: sicut pro vna missa vel pro pluribus de requiem vel de sancto spiritu vel de beata virgine vel de infirmis. Et de isto dico q existens in peccato mortali nullo modo anteq cõfiteatur debet se exponere ad dicendum missam quia peccaret mortaliter in dicendo. nec existẽs in tali casu debet recipere pecuniam pro dicendo missam statim: immo debet se excusare dicẽdo. Amice ego non sum bene dispositus pro nunc dicẽdo missam sed quando deus voluerit q ego sim dispositus ego libenter faciam quod petitis. Et si alius instanter petat q statim dicat missam si receperit pecuniam eam sibi statim restituat: et nullo modo exponat se ad celebrãdum. Dixi autem quis et qualis debet esse minister misse in descriptione predicta: cui non est prohibitum celebrare quod dixi propter aliquos religiosos quibus secundum statuta sue religionis inhibetur q nõ celebrent q diu sunt in aliquibus penitentiis pro quibusdam peccatis preteritis. Sed nunquid angelus potest esse minister huius sacramẽti item nunquid angelus potest ministrare se consecrare. Dicendum est q angelus neq bonus neq malus potest celebrare vel consecrare: qz non est susceptibilis caracterem babtismalem. vnde nullus potest ordinari in sacerdotem nisi baptisatus. Arguunt ergo doctores sic. Nullus potest suscipere caracterem baptismalum nisi fuerit baptisatus. Sz angelus non potest baptisari: quia oportet q ille qui baptisatur aspergatur aqua angelus autem non potest aspergi aqua cum non sit res corporea ergo non potest baptisari et per consequens non potest in sacerdotem ordinari.
Et si dicatur q licet angelus non sit res corporea tamen potest assumere corpus et sic in illo corpore poterit baptisari sicut anima rationalis non est res corporea: et baptisatur in corpore. Dicendum q non est simile qz aliter vnitur anima corpori et aliter angelus. qz anima vnitur corpori vt forma materie angelus autem non vnitur sic sed sicut motor mobili ideo anima baptisato corpore baptisatur non autem angelus quia anima et corpus faciunt vnum suppositum: non sic

angelus cum corpore quod assumit. Et ideo secundum phm in prohemio methaphisice. Actiones sunt presuppositorum anima baptisato corpore baptisatur non autem angelus et sic perconsequens anima potest suscipere caracterem baptismalem non autem angelus. quarte angelus consecrare non potest: Sed quid si angelus presentaret vnam hostiam dicendo eam esse consecratam: nunquid illa hostia deberet adorari. Dicendum est q si angelus malus presentaret eam nō esset adoranda: nisi constaret pro certo quod esset rite consecrata sed si angelus bonus presentaret eam esset adoranda. Et ratio est quia angelus malus teste saluatore mendax est et pater mendacii et semper nititur decipere hominē: quare nunq̄ debet sibi credi/angelus autem bonus est semper verax et veritatis alumnus et semper nititur ad hominis saluationem. et ideo debet semper sibi credi: vnde quia vt dicit apostolus. Angelus malus sepe transfiguratur in angelū lucis ideo semper hostia ab angelo presentata est adoranda sub conditione scilicet q rite sit consecrata: nisi constaret pro certo q esset angelus bonus.

¶ Ca. iii. de materia eucharistie.

Materia sacramenti misse est duplex scz panis et vinum ratio quare ista duo sunt materia huius sacramēti est quia illud sacramentum ordinatur ad spiritualem nutritionem nunc autem sicut nutritio corporis consistit in cibo et potu corporalibus. et panis hz maxime rationem cibi et vinum habet rationē potus ita nutritio hec spūalis consistit in cibo et potu spūalibus ideo in isto sacramēto datur corpus christi sub specie panis in cibū. et sanguis christi sub specie vini in potum. Et ita dicit ipsemet xp̄s. Joh. vi. Caro mea vere est cibus et sanguis meus vere est potus. Sciendum est tamen q panis qui est materia huius sacramenti est panis de tritico: aqua elemētari confectus. Dico panis qz in pasta non posset cōfici corpus xp̄i. Dico etiā de tritico: qz in alio pane sicut in

pane de siligine vel ordeo vel de quocumqz alio grano nisi de tritico non posset celebrari missa. Dico etiam confectus aqua elementari quia dato q sit confectus alia aqua quis etiam de tritico vel cum alio liquore sicut cum vino vel cum lacte: vel cum aqua rosacea et sic de aliis vniuersaliter nisi esset cõfectus cum aqua simplici ex tali pane nõ posset confici corp9 christi. Sciendum etiam q ex precepto et vsu romane ecclesie que domino disponente omnium ecclesiarum caput et mater est et magistra. de foro competenti. c. vltimo. Et ideo omnes ecclesie sibi tanq matri z magistre debent in omnib9 obedire. Panis de quo conficitur corp9 xpi debet esse azimus qz licet ex vi sacramenti pane fermentato posset confici corp9 christi nichilominus qui in pane firmentato celebraret peccaret mortaliter z etiam grauiter esset puniendus. Notandũ insuper q vinum quod est materia hui9 sacramenti debet esse vinũ de vite quia in alio vino sicut in vino malorum granatorum vel mororum vel pomorum vel in quocũqz alio vino nisi in vino vitis non potest celebrari. Notandum consequenter q in aceto vel in agresto non potest celebrari: et intellige de aceto quod omnino est acetum quia in vino aliquãtulum aceto posset celebrari sed non deberet: si posset haberi aliud vinum. Et ratio est qz acetum non est eiusdẽ speci cum vino. cũ habeat cõtrarias virtutes. In musto vero posset celebrari. tñ credo q melius est expectare quousqz sit bene defecatum cum mustum ratione sue limositatis vix posset bene euelli quin aliquid de eo remaneat in vase. Rõ quare ista duo .s. panis et tritico et vinum de vite sunt magis materia hui9 sacramenti q aliqua alia duo est ipsa potissima quia christ9 instituit sacramentum hoc in ista materia celebrari. Si enim in alia materia instituisset illa esset propria materia huius sacramenti sed congruenter christus in ista materia magis instituit illud sacramentum celebrari q in alia quia effect9 corporales panis et vini maxime spiritualiter conueniunt huic sacramento panis enim habea naturaliter confortare. Iuxta illud. p. Panis cor hominis confirmet. Vinum autem

habet letificare. Iuxta illud eiusdem. Vinum letificet cor ho
minis et illud sacramentum digne sumptū confortat sumen
tem spūaliter ne in via huius mundi deficiat idō vocatur via
ticum. i. viatores confortans & letificans et idō vocatur eucha
ristia ab eu ꝙ est bonū et charos ꝙ est gratia quasi bona gra
tia. que summe habentem letificat Sicut enim panis ex mul
tis granis conficitur et vinum ex multis racemis confluit sic
in perceptione corporis & sanguinis domini christi fideles ad
unitatem spiritualiter uniuntur ideo vocatur cōmunio a con
quod est simul et unio quasi simul unio. Ipse etiam xp̄s com
paravit se grano frumenti dicens. ioh. xii. Nisi granum fru-
menti cadens in terra mortuum fuerit. &c. Comparavit se eti
am viti dicens. io. v. Ego sum vitis vera. ideo sacramentum
corporis et sanguinis in vino de vite et in pane de tritico cō
ficitur. Sciendum est ꝙ licet aqua nō sit de essentia materie
huius sacramenti tamen debet admisceri vino in calice sed
modica quantitate qꝛ aqua signat populum iuxta illud Ap.
xvii. aque multe populi multi. Ideo mixtio aque cum vino in
calice signat unionem spiritualem xp̄i et populi que fit virtu
te huius sacramenti. Sed nunquid sacerdos possit in quacū
qꝫ q̄titate de ista materia consecrare. Dicunt aliqui doctores
ꝙ non. sed solum q̄tum sufficeret sibi et populo sibi commis-
so. cuius ratio est qꝛ cum istud sacramentum ordinetur ad
usum fidelium sacerdos non potest plus consecrare nisi quā
tum sufficit usui fidelium. Alii doctores dicunt ꝙ non est de
terminata quantitas ultra quam sacerdos non posset con-
secrare immo in quacunqꝫ quantitate presentetur sibi panis
et vinum in tanta quantitate posset celebrare cum enim in
forma consecrationis ponatur illud pronomen hic hec hoc de
monstrativum / oportet ꝙ materia consecranda subiciatur
oculis sacerdotis unde dicunt ꝙ sacerdos existens in altari
non potest consecrare totum panem qui est in platea vel to-
tum vinum quod est in celario. Sed totum panem et vinum
quod sibi offertur in quacunqꝫ q̄titate posset consecrare. Et
ratio est qꝛ si prima opinio esset vera sequeretur ꝙ sacerdos

existens in deserto non posset tot hostis consecrare quot pos-
set vnus qui esset in vna magna ciuitate/nec etiam sacerdos
simplex posset tot hostias consecrare: quot posset sacerdos cu
ratus. que omnia sunt absqz ratione dicta. Et respondent ad
rationem eorum et dicunt quod differentia est inter illud sacra
mentum et alia sacramēta quia essentia aliorum sacramen-
torum consistit in dispensatione et vsu materie sicut essentia
baptismi consistit in aspersione aque et prolatione forme: et
ita est de aliis sacramentis sed essentia sacramēti eucharistie
consistit in consecratione materie et non in vsu eius quia po
sitō quod hostia consecrata nunquam sumeretur verum esset sacra-
mentum. Et ideo licet sacerdos non debeat consecrare nisi
tot hostias quot sibi et populo suo sunt necesse: tamen si con
secraret mille milia omnes essent consecrate. Solet autem
circa istā materiā ab aliquibus talis moueri questio. ¶ Si
essent. xiii. hostie consecrande et sacerdos non crederet esse
nisi. xii. nunquid omnes. xiii. essent consecrate. Ad hoc respon
det dominus berengarius archiepiscopus cōpostellanus ma
gister in theologia parisiensis in quodam quolibeto suo quod
aut iste sacerdos intendit consecrare omnes hostias que sūt
ante se quotquot sunt tamen credit quod non sunt nisi. xii. et tūc
dicit quod omnes sunt consecrate. Aut intendit consecrare preci
se. xii. et non plures. et non determinat que sunt ille. xii. et tūc
dicit quod nulla est consecrata. quia cum quelibet sit consecrabi
lis ita quod non magis vna quam alia: et sacerdos non magis se de
terminat ad istam quam aliam qua ratione tu dices quod ista non
est consecrata eadem ratione ego dicam quod nec illa et sic pote
rit dici de qualibet quare neutra erit consecrata. Unde quan
do sacerdos habet consecrare plures hostias non determina
re se debet ad certum numerum. sed debet habere intentio-
nem vt consecret quicquid est ante se.

¶ Ca. iii. de forma eucharistie et consecrationis sanguinis.

Omnium sacramentorum forme consistunt in verbis
certis et determinatis et ideo forma sacramenti euchari
stie in aliquibus verbis limitatis consistit. Ad sciendum au-

tem in quibus verbis forma istius sacramenti consistit. Notandum q in missa sunt quedam verba que sunt de solennitate tantum et queda de necessitate requiruntur. Verba que sunt de solennitate sunt illa que solum faciunt ad ornatu et quedam decorem misse: sicut prose. Gloria in excelsis deo: et quidam versus qui dicuntur infra santus et agnus dei & ista michi faciunt ad essentiam misse immo credo q quando debet esse sermo debent dimitti totaliter melodie vel ad minus abbreniari qz plus proficit sermo q alia carmina cu ista mulceant aures corporis et sermo medicetur languores cordis. Verba que sunt de necessitate sunt illa que directe sut de officio misse ¶ Notandum tamen q duplex est necessitas quia et q dam est necessitas quia sacramenti: et quedam precepti. In missa ergo quedam sunt verba de necessitate sacramenti: & quedam de necessitate precepti. De necessitate precepti sunt omia illa verba que a beato petro apostolo & ab aliis sumis potificibus successoribus suis fuerut instituta dici in missa. De necessitate aute sacrameti sunt illa q xps in cena ptulit quando istud sacramentum instituit. Et est differetia inter ista verba quia si quis dimiteret verba q sunt de necessitate precepti et diceret illa que sunt de necessitate sacramenti et haberet intetione consecrandi consecraret/tamen mortalissime peccaret & esset grauiter puniendus Si autem diceret omnia verba que sunt de necessitate precepti & dimitteret illa que sunt de necessitate sacramenti quantuncuqz intenderet consecrare tn non cosecraret. Cum ergo secundu philopophum forma sit que dat esse rei et sine qua res esse non potest: manifestu est q illa sola verba que sunt de necessitate sacramenti sunt forma huius sacramenti. Ista aute verba quatu ad forma consecrationis corporis xpi sut hec Hoc est enim corp⁹ meu. Sciendu aute q hec dictio enim no est di necessitate sacrameti qz posito q aliqua sacerdos cu intentione consecrandi proferet ista verba. Hoc est corpus meum et non diceret enim: vere consecraret. Utrum aute oporteat q precdant aliqua verba que sunt de integritate forme

Notandum q doctor subtilis in quarto suo dicit q omnia ista verba ab illo loco. Qui pridie inclusiue vsqz ad illum locū Simili modo. &c. exclusiue sunt necessaria ad formā consecrationis corporis xpi. et ratio sua est qz sacerdos consecrans profert verba consecracionis in persona christi. oportet ergo q verba consecrationis precedant aliqua verba que per demonstretur q sacerdos loquitur in persona christi. Illa autē sunt ista. Qui pridie q pa. &c. ergo de necessitate oportet q illa verba precedant. Et illud declarat ipse per tale exemplum. Si aliquis diceret dico iesum xpm ministrum fuisse circuncisionis incertum esset vtrum illud verbum dictum fuisset a beato paulo. sed si diceret paulus dicit dico iesum xpm &c. tunc esset cunctis audientibus certum q illud verbum esset dictum a beato paulo. Similiter in proposito: ad hoc q denotetur q sacerdos dicat ista verba scz. Hoc est enī corpus meum in persona xpi oportet q precedant aliqua alia verba per que detur intelligi q christus dixit ista verba. Hoc est enim corpus meū ista autem sunt verba illa puta Qui pridie. &c. Alii autem doctores dicunt vt dictum est. q duplex est necessitas. s. sacramēti et precepti. Dicunt ergo q de necessitate sacramenti sunt tm̄ ista quattuor verba. hoc est corpus meū: qz cum istis quattuor verbis fieret consecratio si sacerdos diceret ea cum intētione consecrandi: omnia autē alia sunt tm̄ de necessitate precepti: qz licet omittens aliquid eoꝝ mortaliter peccet tm̄ cōsecraret. Et respondent ad rationem suam qñ dicit sacerdos consecrās loquitur in persona xpi: et ideo oportet q dicat aliqua verba per que denotetur q loquitur in persona christi: dicunt q de necessitate sacramenti non requiritur sed sufficit intentio sacerdotis intēdētis loqui in persona xpi. Et propterea ista verba. Hoc est corpus meū: satis ostendūt q sacerdos nō loquitur in persona sua: qz nullus credit q sacerdos velit dicere q istud est suum proprium corpus sed loquitur in persona christi cuius est istud corpus. Dicendum ergo q forma consecracionis corporis christi consistit precise in his verbis. hoc est enim corpus meum. De hoc autem q demonstrat illud pro-

nomen demonstratiuū hoc. dicerunt aliqui doctores ꝙ istud pronomen hoc demonstrat corpus xp̄i. alii dicunt ꝙ non sed substantiā panis. Sed istud salua reuerentia dicentiū non est verum: et arguo sed contra eos. Secundū sententiā omniū doctorum et secundum veritatem verba sacramentalia efficiunt illud quod significāt sed verba predicta scilicet hoc est enim corpus meū non efficiunt ꝙ corpus christi sit corpus christi verū quia anteꝙ ista verba proferuntur corpus christi erat corpus xp̄i nec efficiunt etiam ꝙ panis sit corpus christi ergo illud pronomen hoc non demonstrat corpus christi nec substantiam panis. Et propter hoc dicunt aliqui quod istud pronomen hoc nichil demonstrat quia verba dicuntur recitatiue a sacerdote et ideo istud pronomen hoc non tenetur demonstratiue: sed materialiter tantū. Sed istud nichil est dictu: quia non tollit difficultatem quoniam licet ista verba dicantur modo recitatiuo a sacerdote consecrante. tamē christus consecrans in die cene non dixit ista verba recitatiue. Et ideo quando dixit ista verba istud pronomen hoc aliquid demonstrabat ⁊ ideo quero quid tunc demonstrabat: ⁊ sic remanet eadem difficultas que prius ideo dicūt aliqui ꝙ illud pronomen hoc nichil demonstrat determinatum: sed demōstrat aliquid interminatū: vnde quando dicitur hoc est enim corpus meum in persona christi oporteo ꝙ precedant aliqua verba per que detur intelligi ꝙ christus dicit hec verba. Hoc est enī corpus meum. et est sensus de hoc quod continetur sub illis speciebus quidquid sit illud est corpus christi. Et si obiiciatur ꝙ illud quod continetur sub illis speciebus pro toto tempore quo dicuntur verba est panis: quia corpus christi non incipit ibi esse nisi post prolationē vltime syllabe scilicet cum ergo si qñ dicitur hoc est: sit sensus ꝙ illud quod cōtinetur sub illis speciebus sit corpus christi erit sensus ꝙ panis erit corp⁹ quod est falsum. Dicendum ꝙ ista propositio Hoc est enim corpus meum: sicut et quelibet alia donec proferatur non est profecta nec perfectū sēsum generat in animo auditoris: idio non est iudicandum de eius veritate quousqꝫ sit tota prolata

Constat autem secundum in fidem q͞ istud quod continetur sub istis speciebus post prolationem ultime sillabe est corpus xp̄i Ideo vere dicetur q͞ istud pronomen hoc demonstrat illud quod continetur sub istis speciebus quodcunq͞ sit illud. Et hec de forma consecrationis corporis.

¶ Sequitur de forma consecrationis corporis.

Circa formam consecrationis sanguinis xp̄i sciendum est in quibus verbis cōsistit. Illius enim est duplex opinio. Nam sanctus thomas de aquino et sui sequaces dicunt q͞ forma consecrationis sanguinis consistit in his verbis. Hic est enim calix sanguinis mei noui et eterni testamenti misterium fidei qui pro vobis et pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Ita q͞ omnia ista verba sunt de essentia forme et qui aliquid istorum dimitteret nichil faceret Et ratio est: q͞z de essentia et integritate alicuius propositionis nō solum sunt subiectum et predicatum: sz etiam ea que sunt determinationes subiecti et predicati sed ista verba noui et eterni usq͞z peccatorum sunt determinationes istius predicati. hic est calix sanguinis mei: quare omnia sunt de essentia forme. Magister autem henricus de gandauo ⁊ sui sequaces dicunt q͞ in istis verbis tantum. Hic est calis sanguinis mei consistit forma consecrationis sanguinis et q͞ tunc istis verbis dictis est statim ibi sanguis christi. Alia autem verba que sequuntur scz noui et eterni testamenti. ⁊c. non sunt secundum istos de essentia forme ne de necessitate sacramenti sed solum de necessitate precepti. Unde qui dimitteret aliquod verborum puta noui et eterni. ⁊c. licet grauiter peccaret: tn̄ vere consecraret. Et ratio istorum est ista q͞z per formas sacramentales non importatur de necessitate sacramenti nisi quod illud efficiſit sed essentia sanguinis christi in isto sacramento directe et explicite significatur per ista verba ergo precise in istis verbis cōsistit forma cōsecrationis sāguinis xp̄i. Que istarū opinionū sit verior: fateor me nescire primā. tn̄ reputo securiorem et ad eam confirmandam adducit scra

ter. Herh. de gueraco. quōdam electus claromōtensis bacca-
larius parisiensis in theologia in correctorio suo contra ma-
gistrum henricū talia duo signa. Primū est q sacerdos non
ostendit populo sanguinē christi in missa ad adorandū quo-
usqz compleuerit oia verba predicta. s. hic est calix vsqz ad re-
missionem peccatorū. Et statim dictis his verbis eleuat cali-
cem ostēdens sanguinē xpi populo ad adorandū. signū est q
tūc cōpleta est consecratio sāguinis et non ante Scdm signū
est q beatus ambrosius q est vnus de quattuor doctorib9 pri-
cipalibus eccl'ie i missali suo scripsit oia ista verba litteris au-
reis: et generaliter formas omniū sacramentorum: ergo de in-
tentione beati ambrosii fuit q omnia verba predicta essent
de forma cōsecrationis sanguinis christi. Judicio etiam meo
paruo istud videtur esse de intentione illius decretalis Cum
marthe. extra de cele. missarum Casus enim decretalis est iste
Quidam episcopus attendens et videns q in nullo euange-
liorum inuenitur q aliquis euangelistarum posuerit ista verba
misterium fidei: mirabatur quis fuerit tāte audacie q fuerit
ausus verbis sacramentalibus iterponere ista verba. Et sup
hoc consuluit dñm papam. Et constat quod intentio sua erat q
istud esset itegritate forme Alias questio sua esset nulla. quia
eodem modo posset querere de quolibet verbo totius cano-
nis. Et papa non reprehendit eum de questione illa immo
commendat. ergo videtur q omnia illa verba sunt integrita
te forma. Et quidquid sit de veritate istarum opinionum m-
nescio. consulo tamē cuilibet celebrāti q dicat oia verba pre
dicta sub vno contextu et cū actuali intentione consecrandi
quantum poterit Sciendū autem q per ista verba istius for
me tanguntur quattuor beneficia que recipimus a passione
christi cuius passionis istud sacramentum est rememoratiuū
Juxta verbum apostoli ad corum. ca. xi. Quociensc\u0303qz man
ducabitis panem hunc et calicem bibetis rc. Primus est ect9
siue primum beneficiū passionis xpi est q per ipsū sum9 a po
testate demonis liberati. Et istud tangitur in forma sacramē
ti cum dicitur. Hic est calix sanguinis mei. Sicut enim olim

filii israel fuerunt de potestate et seruitute pharaonis libera
ti per sanguinē agni paschalis: sic populus fidelis est de pote
state demonis liberatus per sanguinē christi secundum q̄ cō
confitetur iohan. in apoca. cap. v. dicens de christo. Rede misti
nos deus in sanguine tuo. Secundus effectus siue beneficiū
quod recipimus a passione christi est q̄ per ipsā sum⁹ celestis
glorie heredes effecti et istud tangitur in forma ista cum dici
tur noui et eterni testamenti. Sicut em̄ pater cōdens testa
mentum filios heredes constuit sic xp̄s nouum testamentum
ordinatus: constituit nos heredes glorie paradisi. Et istud
testamentū fuit in sua passione ordinatū atq̄ cōfirmatū q̄z
testamentum morte testatoris cōfirmatur vt dicit apostolus
paulus ad hebreos. ca. ix. Et hoc est quod ponit ī eadē episto
la dicens de xp̄o. Noui testamenti mediator est vt morte in
teruenient e repromissionem accipiant q̄ vocati sunt eterne
hereditatis. Sciendum aūt q̄ lex euangelica dicitur nouum
⁊ eternū testamentum: ad differentiam legis mosaice que fu
it vetus testamentum et transitorium. Et dicitur nouū quia
noua promittit. s. bona celestia q̄ nunq̄ leguntur promissa fu
isse in veteri testamento sed solum tp̄alia. et ideo q̄z bona tē
poralia transitoria sunt: ideo testamentum vetus fuit tran
sitorium et q̄z bona celestia eterna sunt: ideo testamentum
nouum dicitur eternum. Dicitur etiam nouum: quia nouo
modo fuit institutum. s. a sanguine christi. lex em̄ mosaica fu
it instituta cum sanguine animalium. secundum q̄ legitur ⁊
recitat apostolus in ep̄la ad hebreos. ix. cap. dicens q̄ post q̄
moyses scripsit legem in libro. et legerat coram omni populo
aspersit librum et populum sanguine vitulorum et hircorum
dicens. Hic est sanguis testamenti. ⁊ cetera. Sed lex euange
gelica fuit instituta medeante sanguine christi secundū quod
dicit ipsemet christus. Luce. xii. Hic calix noui testamenti
est in meo sanguine et istam rationem tangit apostolus ad
hebreos. ix. capitulo. dicens non enim per sanguinem vitulo
rum et hircorum sed per proprium sanguinem introiuit semel
in sancta eterna redemptione inuenta et ideo noui testa

menti mediator est. Tercius effectus siue terciuz beneficium quod per passionem xpi accepimus est quod per ipsam sumus de de fide catholica informati. et istud tangitur in forma istius sanctissimi sacramenti cum dicitur misteriū fide. Sicut enim scdz quod dicit ambro. in libro qui vocatur exameron. Sanguinis extractus de sub ala dextera columbe valet ad illuminandum oculos corporales ita sanguis xpi qui exiit de latere eius dextro pendentis in cruce valet ad illuminandum spirituales oculos anime ad credendum ea que sunt fide et in huius figuram velum templi quod occultabat ea que erant infra sancta sanctorum fuit in passione christi scissum in signū quod ea que errant occultata et velata sub vmbra legis ac prophetarum: fuerunt manifesta et reserata. Quartus effectus siue beneficium quod per passionem christi accepimus est quod sumus per ipsam a peccatis emundati. et hoc tangitur in forma ista cum dicitur in remissionem peccatorum Et de hoc loquitur beatus iohannes euangelista in apo. c. iiii. dicens. Dilexit nos et lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo. Ex his patet quod forma consecrationis corporis christi precise consistit in his verbis hoc est enim corpus meum. mah. xxvi. mar. xiiii. luc. xxii. iohannis. xix. cap. Forma autem consecrationis sanguinis christi consistit in his verbis hic est calix sanguinis mei noui et eterni testamenti mysterium fidei qui pro vobis et pro multis effundetur in remissionem peccatorum. vnde cum omnia ista verba canonis debeant dici cum magna reuerentia contritione deuotione et mentis recollectione ista verba specialiter cum summa deuotione et actuali intentione quantum possibile est debent dici. et si aliquis querat vel dubitet quare in forma consecrationis sanguinis non dicitur hic est sanguis meus. &c. sicut in forma consecrationis corporis dicitur hoc est corpus meum. Potest dici quod causa huiusmodi est quoniam hoc sacramentum ordinatur ad vsum fidelium qui vsus est spiritualis et sacramentalis manducatio quantum ad corpus et sacramētalis ac spiritualis potus quantum ad sanguinem et quia homines magis abhorrent bi

bere sanguinem q̄ comedere carnes ideo ad remouendum horrorem non dicitur in forma consecrationis sanguinis hic est sanguis me⁹: sicut dicitur in forma cōsecrationis corporis xp̄i, hoc est corp⁹ meum. Et est ibi quedam figura quam grā matici vocant methonimiam. i. quando continentes ponitur pro contento sicut qñ dicitur bibatis illud vas vini. quia nō est sensus q hō bibat vas: sed q bibat vinū quod est in vase Similiter qñ dicitur hic est calix sanguinis mei. non est sensus virtute verborum fit ibi calix q̄ antea erat: sed q ibi sit sanguis christi. Si aliquis dubitaret quare in forma consecrationis corporis xp̄i non dicitur hoc est corp⁹ meum quod pro vobis tradetur. sicut dicitur in forma consecrationis sāguinis qui pro vobis effundetur cum ita bene fuerit corpus traditum pro nobis: sicut sanguis effusus. Ad hoc est dicendum q istud sacramentum est rememoratiuum passionis et mortis xp̄i ita dicit apl's. i. cor. xi. ca. Quotienscunq̄ manducabitis panem hunc et calicem bibetis mortem dn̄i annunciabitis donec veniat dies felix iudicii xp̄s etiam hoc sacramentum instituens dicit lu. xxii. Quotienscunq̄ sumetis hoc facite in meam commemorationem hoc est in memoriā mee passionis. Passio autem et mors christi melius representat per effusionem sanguinis q̄ per traditionem corporis. ideo dicitur in forma consecrationis sanguinis qui pro vobis effundetur in remissionem peccatorum ⁊ non dr̄ in forma consecrationis corporis qui pro vobis tradetur. Notandum etiam q licet ex virtute verborum forme consecrationis corporis sub specie panis sit tantum corpus xp̄i. et virtute verborum consecrationis sanguinis sub specie vini sit tantum sanguis xp̄i tamen ex quadam naturali concomitantia sub vtraq̄ specie est totus christus verus deus et verus hō. ita dicitur in prosa de corpore xp̄i vbi dicitur. Caro cibus sanguis potus: manet tamen christus totus sub vtraq̄ specie.

¶ Ca. v. in quo loco debeat celebrari missa.

Testatur oīm philosophorum sententia q mirabilis est influentia loci proprii et re vera est mirabilis intantū

ꝙ rem mutat: et alterat a sua natura sicut narrat philosophꝰ
in libro de plantis de ponis persie dictus a persia vbi primi-
tus inuenta fuerunt. nam ea que nascũtur ibi comestia inter
ficiunt ea autem que nascuntur apud nos sunt ad comeden-
dum suauia et iocunda. Ex quo patet manifeste quantum fa
cit locus ad mutationem rei. Et propter hoc fuit preceptum
filius israel in li. nũeri. ca. v. ꝙ non offerrent sacrificiũ nisi in
loco quẽ dñs elegisset. Si enim sacrificium israeliticuȝ quod
de carnibus hircorum vitulorum et agnorum fiebat offerri
non debebat nisi in loco sancto ⁊ mundo quantomagis sacri
ficium cathologicum in quo xp̄s verus deus et verus homo
offertur non debet fieri nisi in loco sancto et mundo vnde lo
cus in quo debet missa regulariter celebrari est ecclesia: et ita
ponit. Augustinus dicens. Extra ecclesiam non est locus veri
sacrificii. et dico regulariter quia in aliquibus casibus potest
missa celebrari extra ecclesiam. Notandũ ꝙ quo ad nunc ec-
clesia potest capi duobus modis. Uno modo ecclesia idem est
ꝙ congregatio fidelium qui congregantur in fide et caritate
ita accepit augu. ecclesiam quando dicitur ꝙ extra ecclesiam
id est extra fidem ecclesie non est locus veri sacrificii. Alio mo
do ecclesia idem est ꝙ ipsa domus materialis in qua dicunt
hore et misse: et extra ecclesiam sic dictam potest aliquibꝰ ca-
sibus missa celebrari: sicut in honesto exercitu. vel quando ad
aliquam festiuitatem: vel ad innocationem alicuius sancti
vel obsequium alicuius defuncti: vel ad aliquam missam no
uam vel ad aliquod aliud tale conuenit multitudo magna
populi et ecclesia est parua: ita ꝙ non possit ibi recipi populꝰ
potest in cymeterio vel in aliqua alia platea honesta et mun
da erigi altare et debet ibi decenter aptari ne puluis vel fla-
tus venti vel aliquod tale possit offendiculum inferre. De li
centia etiam diocesani ep̄i propter aliquam necessitatem po-
test missa celebrari in domo alicuius in aliqua parte apta ad
hoc. ita tñ ꝙ super altare portatile ponant desuper aliquam
tabulã lapideam alicui stipiti annexeam: bñdictam ab ep̄o.
Et ista tabula debet esse integra quia si esset fracta non debet

ibi missa celebrari : nec etiam si esset a stipite am mortalimma
peccarent qui ibi celebrarent. Et etiam ista tabula debet la-
pidea esset et nõ de aliqua alia materia. Et huius rõ est vna
q2 xp̄s qui immolatur ibi vocatur petra vnde dicit ap̄ls. i. ad
cor. x. Petra autẽ erant xp̄s. Alia causa quia sepulchrum xp̄i
quod representat altare fuit excisum. de petra vt dicit euan-
gelista marcus. Et propter eandem rationem corporalia de-
bent esse linia et non de aliqua alia materia quia xp̄s in illo
monumento fuit inuolutus in syndone munda. id est lino cã-
didissimo et corporalia signant illa lintheamina in quibus
christus mortuus fuit inuolutus. Calix etiam non debet esse
de vitro quia de facili posset frangi nec de ligno q2 lignũ po-
rorum est et in poris posset sanguis subintrare. nec de calibe
nec de cupro nec auricalco q2 inducunt fastidium: et esset pe-
riculosum de vomitu. Potest autem fieri de auro argento et
de stanno. Sciendum autem q quando altare est totum cõ-
secratum seu benedictũ non oportet q sit ibi tabula alia. No-
tandum etiam q altare siue sit in ecclesia siue extra ecclesiam
semper debet erigi versus orientem. ita q ille qui dicit missã
habet faciam ad orientem. et ratio est quia christus vocatur
oriens. Luce. i. Visitauit nos oriens ex alto: et de ip-
so xp̄o cantat ecclesia. O oriens splẽdos lucis eterne. Alia cau-
sa est q2 scd̄m quod dicunt philosophi. pars orientalis est dex-
tera pars celi: secundum aũc q dicit christus. mathei. xxv. ca.
Deus statuet bonos a dextris. Vt ergo in iudicium merea-
mur poni a dextris debemus orare versus orientẽ. et q2 prin-
cipalior oratio est missa ideo ille qui dicit missam debet habe-
re faciem versus orientem. Quod autem ecclesia in qua dici-
tur missa sit consecrata vel non nichil facit ad missam licet
quantum ad solennitatem misse semper si possibile est debet
dici in ecclesia consecrata. cum sit multum honorificum et vti-
le ecclesiam esse cõsecratam: quia quando aliquis intrat eccle-
siam consecratam causa orationis : remittuntur sibi peccata
venialia. Sciendum autem q in naui nunq̃ debet missa
celebrari propter periculum effusionis sanguinis. In eccle-

sia autem sanguinis vel seminis effusione polluta non debet missa celebrari. Et si aliquis ibi celebraret peccaret mortaliter non tamen ex hoc efficeretur irregularis sicut fuit declaratum per dominum bonifacium octauum extra de sententia excommunicat⁹. ca. i. Is qui. li. vi. Si etiam ecclesia esset predicto modo polluta non posset in cimeterio sibi contiguo celebrari quia quando ecclesia est polluta cimeterium sibi cōtignum similiter est pollutum sed si cymeterium sit pollutū nan oportet ꝙ ecclesia sit contigua sit polluta cum principale trahat annexum et non annexum principale. vt habetur extra de conse. eccle. vel altaris c. Si ecclesiam. li. vi. Unde sicut in cymeterio contiguo ecclesie pollute non debet aliquis celebrare nec etiam debet aliquis ibi sepeliri. Secus esset si cymeterium non esset contignum ecclesie. quia posito ꝙ ecclesia esset polluta cymeterium tamē non contiguum ipsi ecclesie non esset polutum. vtraqꝫ in capitulo preallegato. Tempore etiā interdicti non debet dici alta voce: nec ianuis apertis missa: nec etiam alie hore in ecclesia nisi in quattuor festiuitatibus scilicet de natalis domini: in die resurrectionis: in die penthecostes: et in die assumptionis beate virginis marie. Ne autem ecclesie fraudentur seruitiis suis debitis et ne diuinum oficium negligigatur et fidelium deuotio minuat et indeuotio infidelium augeatur tempore cuiuscunqꝫ interdicti ianuis clausis: excommunicatis ꝛ interdictis exclusis campanis etiam non pulsatis debet missa et totum liquum diuinum officium tam diurnum ꝙ noctorum dici submisse voce in ecclesia ꝙ non possit audiri ab his qui sunt extra. Omnia ista habentur extra de sententia excommunicacionis et interdicti. c. Alma mater. libro. vi. et qui contrarium fecerit. est irregularis ꝛ ineligibilis nec etiam ipse potest eligere. nec potest absolui. nisi in casu mortis tantum nisi per sedem apostolicam vt habetur extra de sententia excommunicationis. c. Is qui in ecclesia. li. vi. Aliquo etiam excommunicatio presente null⁹ debet celebrare missam in ecclesia nec aliqi alioquin peccaret mortaliter et vltra hoc esset suspensus ab ingressu ec

clesie nec posset absolui nisi ab illo qui tulit sententiam excō/
municationis. vt habetur extra de priuilegiis. ca. Epyscopo/
rum. li. vi. Et non debet istud contemni. quia si sic suspensus
celebraret esset irregularis vt habetur extra de sententia ex
communicationis. c. Sicut. li. vi.

¶ Ca. vi. de tpe quo celebratur missa.

VT dicit salomon. Omnia tempus habent et hoc ratio
nabiliter. Res enim penes varietatem tempoꝛum ma
ximam requirunt immutationem. Quod euidentissime ap/
paret lactuca: que cum tempoꝛe sue iuuentutis frigidet et hu
mide sit nature feruoꝛisq̨ sanguinis et colere est extinctus et
quando frondescit in humoꝛem conuertitur calidum et siccū
et amarum quod obest colericis et capercalefactis. Ex quo li
mutantur et alterantur. Quod satis pulchꝛe fuit figuratum
Exodi. xvi. c. vbi. legitur ꝙ manna collectū tempoꝛe debito
reat habens omne delectamentum et oēm sapoꝛem suauita
tis quando autem non colligebant tempoꝛe debito scꝫ in die
sabbati computrescebat et vermibus scaturiebat. illud erat
figura coꝛpoꝛis xp̄i sant dr̄ in legenda coꝛpoꝛis xp̄i vbi dr̄ hu
ius sacramenti figura precessit qn̄ pluit dn̄s manna patrib⁹
in deserto: sicut ergo manna non debeat colligi nisi tempoꝛe
debito istud sacratissimum sacrificium non debet offerri nisi
tempoꝛe debito. Sciendum ergo ꝙ missa debet celebrari de
die et non de nocte nisi in festo natiuitatis chꝛisti. in quo mis
sa celebratur media nocte quia illa hoꝛa fuit natus chꝛistus.
De hoc tamen magis infra dicetur. antiquitus etiam diceba
tur missa de nocte in vigilia resurrectionis domini vnde in
oꝛatione misse adhuc dicitur. Deus qui hanc sacratissimā no
ctem. ꝛ cetera. Ratio quare missa de die dicitur et non de no/
cte est vna: quia in missa rememoꝛatur passio chꝛisti que fuit
de die et non de nocte. Alia ratio est. quia per noctem status
peccati. per diem status gratie figuratur. vnde dicit glosa sup
illud apostoli ad romanos. xiii. capi. Abiiciamus ergo opera
tenebrarum id est peccata. et induamur arma lucis. id est vir

tutes que sunt arma gratie. Ad figuram ergo ꝙ ille qui dicit missam debet esse in statu gratie et sine peccato: ideo dicitur missa de die et non de nocte. qua autem hora debet dici missa Notandum ꝙ tres sunt hore principales quibus debet missa celebrari. scilicet tertia / sexta et nona: et quare magis illis tribus horis ꝙ in aliis debet dici missa ratio est quia vt frequenter dictum est missa dicitur in memoriã passionis christi christus autem in his tribus horis fuit passus et crucifixus. hora enim tertia fuit crucifixus linguis iudeorum et sententia pilati quia hora tertia clamabant iudei: crucifige crucifige enim et illa hora sexta fuit eleuatus in cruce vnde dicitur Johan. xxiiii. ca. Erat autem hora quasi sexta ꝛ crucifixerunt eum. hora autẽ nona emisit spiritum. Unde dicitur Math. xxvii. ꝛ circa horam nonam clamauit voce magna. Et sequitur et emisit spiritum et illud intelligo de missa que dicitur solenniter in ecclesia quia misse particulares possunt dici a puncto aurore vsqꝫ ad sextam in diebus ieiuniorum vsqꝫ ad nonam post autem nonam non debet celebrari missa nisi forsitan in diebus ieiuniorum et ratione ordinis Incidentaliter autem est notandum ꝙ non solum missa verum etiam alie hore canonice dicuntur ꝛ cantantur in memoriam passionis christi. matutinum namqꝫ officium dicitur in memoriam ꝙ christus hora matutinali fuit captus victus et multipliciter delusus. in domo anne principis sacerdotum ad aquam tunc fuit ductus Et debet dici media nocte iuxta illud psal. ca. cxviii. Media nocte surgebam ad confitendum nomini tuo. Prima dicitur in memoriam ꝙ illa hora christus in domo cayphe fuit ligatus ad columnam et durissime ac grauissime flagellatus ita ꝙ secundum quod dixerat. Isa. propheta. a planta pedis vsqꝫ ad verticem capitis non erat in eo sanitas. Tertia dicitur in memoriam ꝙ illa hora christus fuit ductus ad pilatum et crucifixus fuit linguis iudeorum clamantium et dicentium. Tolle tolle crucifige eum et tunc fuit impletum istud psal. so xxi. Aperuerit super me os suum sicut leo rapiens et rugiens Sexta dicitur in memoriam ꝙ in illa hora christus fuit spoli

atus illusus et a militibus flagellatus in cruce et tunc fuit im
pletum illud psalmus. psalmo. xxi. Foderunt manus meas et
pedes meos xc. Nona dicitur in memoriã q in illa hora chri-
stus felle et aceto potatus expirauit dicens pater mi In ma-
nus tuas commendo spiritum meum Tunc impletum est il
lud psalmus. psalmo. lxviii. Dederunt in escam meam fel. et
in siti mea potauerunt me aceto. Vespere dicuntur in memo
riam q in illa hora christus fuit datus a pilato nobili decuri
oni et per ioseph fuit de cruce depositus. Completorium di
citur in memoriam q in illa hora christus a sua matre tristis-
sia et ab aliis sanctis mulieribus lamentatus et aromatibus
conditus fuit positus in sepulchro: et sic bonũ esset et congru
um vt quilibet istarum horarum diceretur hora determinata
Juxta illud psalmus psalmo. cxviii. Septies in die laudem
dixi tibi. Uerum quia propter rei familiaris occipationem
vel propter humanam fragilitatem nequid istud seruari ser-
uetur tantum illud quod ordinatum est extra de celebratio-
ne missa. c. Presbiterorum vbi dicitur Presbiter matutinali
officio exple scilicet media nocte. mane sensum sue seruitu-
tis videlicet primam tertiam / sextam et nonam vesperumq
persoluat: ita tantum q horis competentibus aut a se aut a
scolaribus compleantur: deniq peractis horis: et vilitatis in
firmis si voluerit exeat ad opus rurale ieiunus Et dicantur
omnes iste hore per modum qui precipitur extra. ca. iiii. Do-
lentes. vbi precipitur q diuinum officium tam diurnum q noc
turnum dicatur studiose: pariter et deuote. Et qui scienter
transgreditur illud mandatum sciat se mortaliter peccare:
vt patet q2 est transgressor precepti ecclesie. Notandum in sa
per q nullus debet dicere missam quousq dixerit matutinas
et congruum est etiam q prima dicatur ante missam. Notan
dum etiam q sacerdos non debet dicere seu fa. ere officium
pro voluntate sua sed de tpe vel de sanctis de quibus agitur
in illa terra.

Ca. vii. quotiens in die debet celebrare missa.

Ex quo dictum est q missa debet celebrari de die restat dicere quotiens in die debet celebrari missa. Et est sciendum q secundum quod dicitur extra de celebra missa. c. Consuluisti. nullus debet dicere missam nisi semel in die. Valde enim felix est qui digne celebraret vnam. Excipiter dies natiuitatis domini qua die celebratur tres ita q illa die potest vnus sacerdos celebrare tres missas vt habetur de con. dist. i. cap. Nocte sancta. Et ratio quare illa die dicuntur tres misse: vna est propter mysterium quia per istas tres missas representatur tres status. s. status ante legem status legis et status gratie. illa missa que cantatur media nocte representat statū qui fuit ante legem. quando totus mundus erat in tenebris vnde in illa missa cātatur illa prophetia ysaie. Populus gentiū qui ambulabat in tenebris vidit lucem magnam. Secunda missa que cantatur in aurora: signat statum secundū qui fuit sub lege in quo statu inceperunt homines scire xpm propter dicta legis et prophetarum sed non habebant perfectam noticiam de eo. Et ideo cantatur in aurora quando lux incipit apparere sed non bene clare. Unde in illa missa cantatur. Lux fulgebit hodie. &c. Tercia missa dicitur in claro die et signat statum gratie in quo sumus et dicitur officium. Puer natus est nobis. Alia causa est ad representandū ters natiuitatis xpi Nā prima dicitur ad representandū natiuitatē eterna: qua natus est ex parte: vnde dicitur in troitu illius Dominus dixit ad me filius meus es tu ego hodie genui te. & dicitur illa missa de nocte quia xps est obscurū ad designandū q illa natiuitas est nobis occulta. Secunda missa dicitur ad representandum natiuitatem spiritualē qua nascitur xps in aiabus iustorū per gratiam Unde cantatur in illa missa. Lux fulgebit hodie super nos. lux. i. gratia dei. Tercia missa representat natiuitatem temporalē qua natus est ex beata virgine maria pro salute nostra vnde cātatur: Puer natus est nobis. &c. Ueruntamen si considerentur euāgelia que leguntur in istis missis. Prima missa representat natiuitatem temporalem quia christus natus est secundum carnem ex maria virgine: vnde illud euan

gelium quod legitur in illa missa puta. Exiit adiectum a cesa-
re augusto. loquitur totum de ista natiuitate: vt patet intu-
ti ipsum. Secunda representa spiritualem natiuitatem: tunc
enim legitur istud euangeliũ Pastores loquebantur adinui-
cem. quod totum potest intelligi de ista spũali natiuitate.
Tercia representat natiuitatem eternã qua natus est ex pa-
tre: vñ tũc legitur euangeliũ iohis. In principio erat verbũ.
quod totum loquitur de natiuitate eterna filii dei. Notandũ
etiam ꝙ in parasceue nõ debet dici missa et ratio est qꝛ illud
sacramentũ est figura passionis xpi que tali die fuit facta et
veniẽte veritate scilꝫ passione pro illa die debet cessare figu-
ra scilicet sacramentũ. Aliis aũt diebus non debet dicere sa-
cerdos nisi vnã missam: nisi in casu necessitatis in quo possũt
celebrare duas missas tñ. Et vnus casus est. Si aliquis mo-
riatur ⁊ sacerdos celebrauerit missã de die potest dicere missã
pro defunctis. s. Requiẽ eternã. dũmodo sit ieiunus ⁊ nõ sit
alius sacerdos ꝙ celebraret. Alius casus est si sit aliquis in pe-
riculo mortis. et petat corpus xpi sibi dari et sacerdos nõ ha-
beat hostia consecratã potest iterũ celebrare: dũmodo vt pre-
dixi sit ieiunus ⁊ non sit alius paratus celebrare qꝛ illud sem-
per est intelligendũ. Alius casus ꝓpter necessitatẽ nuptiarũ
. s. qñ tps nuptiaꝝ transit si missa dicta superueniat aliqui qui
habeant contrahere: põt iterũ sacerdos celebrare dũ sit ieiu-
nus vt supra dixi. Alius cas⁹ est ꝓpter necessitatẽ peregrina-
torũ qñ scꝫ superuenerint peregrini missa dicta. ⁊ istũ casũ po-
nit. Ray. in sua sũma. sed salua eius reuerentia istud videtur
expresse contra capitulũ. Te referente extra de cele missa. Ca-
sus eñi illius capituli est ꝙ archieps sepontinus in die cene
dñi de antiqua cõsuetudine tenetur cõficere crisma in ecclia
sepõtina. Et idẽ archieps ascẽdit de mane de consuetudine
ad gargarinã ecclesiã vt recipiat ibi peregrignos illius loci
et ibi a clero ⁊ populo cõpellitur celebrare: vñ sup hoc implo-
rauit cõsiliũ pape: qui papa respõdit ꝙ in ecclesia sepontina
in aqua tenetur crisma conficere: tñmodo debet celebrare.
Ex quo manifeste apparet ꝙ ratione peregrinoꝝ non debet

transgredi institutio de vnica missa celebranda in die. Sal no tamen meliori iudicio magis approbo circa istud consuetudinem que obseruatur in aliquibus ecclesiis gallicanis qn̄ sꝫ dicta missa veniant aliqui peregrini ad aliquā ecclesiam si non sit ibi aliis sacerdos paratus celebrare: sacerdos induit se sicut si deberet dicere missam ꝛ dicit eis missam de beate virgine vel de sancto spiritu vel de illo sancto ꝓ quo fit peregrinatio nō tamen dicit canonē nec consecrat sed ostēdit eis reliquias aliquas loco eleuationis corporis xp̄i: missa vocatur missa sicca: tamen si alibi seruetur illa consuetudo iuxta opinionem. Ray. nō contenno eā. Alius casus est ꝓpter necessitatem honestatis vel vtilitatis vt si missa dicta superueniat aliqua magna persona q̄ vellet audire missā: potest iterum sacerdos celebrare dummodo sit ieiunus. Istum casum ponit glo. super ca. Consuluisti. in xtu. de cele. missa. De ista necessitate nescio quid dicam: q2 non video hic tantam necessitatem ꝙ propter eam debeat transgredi mandatum de vnica missa celebranda presertim cū magne ꝑsone nō multū nostris temporibus ita efficiantur ad missas ꝛ illi qui afficiuntur dicunt secū proprios sacerdotes. Alius casus est propter necessitatē debiti sicut qn̄ sunt due ecclesie annexe et quelibet est curata. i. habet curam animarum ꝛ habēt redditus ita tenus ꝙ non sufficerent duobus sacerdotibus sed vnus solus sacerdos habet curam vtriusqꝫ. In isto casu sacerdos potest vnā in qualibet illarum ecclesiarum celebrare in illis dieb⁹ in quibus tenetur populo suo ad dicendū missam vel ad ministrandum sacramenta vel officia illa que requirunt missā. Et ista casus in multis locis contingit et seruatur in partib⁹ tholosanis et etiam in aliis partibus. Et credo ꝙ in iure non inuenitur preceptum expressum de vna missa tantū celebrāda: cū in omnibus capitulis in quibus fit mentio de ista materia: ponatur istud verbum sufficit: quod verbum non importat vocē actiuam. Consuetudo tamē ecclesie q̄ preeminet cuicunqꝫ auctoritati habet ꝛ tenet hoc: ideo nullus dꝫ facere contrarium. et si faciat peccat et puniri debet. In quocunqꝫ

autem casu q̄n sacerdos celebrat plures missas. in prima nō
debet sumere aquā vel vinum post sumptionē sanguinis sed
solum os lauare:et cauere sibi quantū potest ne aliquid trā
glutiat quia sacramenta a ieiuno sunt sumēda. Et in quali-
bet missa corpus christi recipiat ꝛ sanguinem:et in vltima re
cipiat ablutionez que cōmuniter recipitur post sumptionem
sanguinis christi et non in aliis missis vt dixi. Ista habentur
extra de cele.missa ca:ex parte.ꝛ conse.di.vt ieiuni.et vii.q.i.

¶ Ca.viii.de vestibus quibus dꝫ indui sacerdos.

Omni t͞pe vestimentā tua sint candida:verbum est sapi
entis. Quantum faciat debit⁹ vsus vestimentorum ad
debitā administrationem officii quo quisqꝫ exercet satis ostē
dit experientia medicorum. Compertū enim ꝙ colliriū salu
britatis doloris oculam mitigatiuum tritū ab apotecario in
debita veste qua dié precedenti indutus fuerat viride missū
in oculis patientem cruciabat:si ergo vestis indebita nocet
in confectione colirii quantummagis nocet in consecratione
corporis x͞pi. Unde figuratiue fuit preceptū legislatori moysi
exo.xxviii. Facies vestes sanctas aaron in quibus sanctifica-
tus menistret michi. Unde sciendum ꝙ omnes vestes quas
induit sacerdos debent esse sanctificate et benedicte ab ep̄o.
Notanduz ergo ꝙ illa vestis que primo induitur scilicet illa
parua camisia vel suppellicium non est de essentia misse in
simplici sacerdote sed solum de bene esse. quod dico propter
epicopos et canonicos regulares et capellanos honoris do-
mini nostri pape quorum est talis habitus:ergo cum illa par
na camisia de qua dictum est vel loco eius computato suppel
licio septem sunt vestes quibus induitur sacerdos in missa. s.
illa camisia vel loco eius illud suppellicium/amictus/alba/
cingulum/manipulus/stola et casula. Et iste septem vestes
signant septem dona spiritussancti quibus dꝫ esse sacerdos
perfusus. vnde luce.xxiiii. Induamini virtute spiritussancti
ex alto vel signant ꝙ sacerdos dꝫ esse contra septem peccata
mortalia munitus ꝛ armatus. vn̄ apostolus ad ephe. Indui
te vos armatura dei vt possitis stare aduersum insidias dya-

boli vel signant.vii.virtutes scz tres theologicas.et quattuor cardinales:quibus dz esse odornatus. vnde apostolus ad ro. xii.c. Induamini arma lucis.i.arma virtutum qz non est licitum inditū sacco.i.pctō aulam regis i xpi qui est rex regū intrare vt dr in libro hester.iiii.vel signant q sacerdotes debēt esse septem operib⁹ mie dediti vñ apostolus induamini dñm iesū xpm cuius sapientie nō est numer⁹.vt dr in psalmo.vel signant q septē peticiones orationis.dñice exaudiuntur.In signum cuius legitur in lib.hester.q hester induta vestibus regis fuit exaudita ab assuero vel signant q sacerdotes digne cum istis septem vestibus celebrantes habebūt septem dotes in paradiso.s.quattuor ex parte corporis et tres ex parte aie. in cuius signū legitur in genesi.xvii. q iacob indutus vestibus esau valde bonis habuit benedictionē patris vel signāt q pius iesus toto tempore quo mundus durabit quod temp⁹ septem diebus voluitur erit nobiscum vsqz ad consūmationem seculi in isto sacramento.Et ita pmisit ipse qui non mētitur dicens.Ecce ego vobiscum sum vsqz ad consummationem seculi.Et vt specialius de vna quaqz veste dicatur:sciendum q ista camisia seu suppellicium signat q sacerdos debet habere mundiciam vite est enim illa camisia de lino albo et mundo et propter hoc dicit sacerdos.Lauabo inter innocentes manus meas et circumdabo altare tuum domine.Amictum qd ponitur super caput signat eleuationē mentis ad deum quam sacerdos dz habere pre aliis maxime qñ dicit missam.vñ dicit ipe Sursum corda.id est corda sint eleuata sursum ad deum Alba que est longa signat perseuerātiam in bono quā debet habere sacerdos.qz qui perseuerauerit vsqz ad finem hic saluus erit.Cingulum id est zona quod prohibet ne vestis fluant super terram signat timorem dei qui prohibet ne aie fluunt per peccatū quia vt dicit sapiens. Qui timent deu preparabunt corda sua et in conspectu illius sanctificabunt aias suas.Manipulus signat fructum bonoꝝ operum quē boni sacerdotes portabunt in paradiso.vñ de his dicit psal.ho.c.xxv.Uenientes autem venient cū exultatione por

stantes manipulos suos Stola significat mortificationem car
nis unde ponitur ad modum crucis ad designandū q sacer
dotes debent portare crucem penitentie in corde vel in corpo
re suo et ita dicit apostolus. Mortificationē christi iesu in cor
pore vestro circumferentes Casula que cooperet oīs alias
vestes et preeminet omnibus aliis vestibus signat caritatem
que preeminet oībus aliis virtutibus et q cooperit multitu
dinē peccatorum i caritate ergo radicati iuste viuamus Mul
te autem adaptiones possent adduci sit hec sufficiant quo ad
presens.

¶ Ca.ix. cui debet dare eucharistia.

Quoniam non est bonū sumere panem filiorum et dare cani
bus/ et margarite non sunt porcis dande. Cū in isto sa
cramento contineatur panis viuus qui decelo descendit xp̄s
scz verus deus et verus homo qui est preciosissima margarita
quā cū inuenerit homo abscondit et pre gaudio illius vadit
et vendit omnia q habet et emet eam. Et iō sacramentū istud
non est dandum canibus ne porcis. i. peccatoribus immundis.
Ad sciendum ergo quibus debet dare istud sacramentum vi
dendum est prime de modis sumendi ipsū. Notandū q istud
sacramentū potest sumi corporaliter/ sacramentaliter. et secū
dū hoc potest quattuor modis sumi. Quidam enim sumunt
istud sacramentum corporaliter tantum sicut aliquis infide
lis qui non credit in isto sacramento esse veraciter corpus
christi. Si enim sumeret hostiam consecratam sumeret istud
sacramentum corporaliter tantum qz constat q non sumeret
spiritualiter cum non reciperet fructum sacramenti non etiā
reciperet sacramentaliter qz ille recipit istud sacramentum
sacramentaliter qui credit veraciter in isto sacramento esse
corpus christi. sed iste vt dictum est non credit qz non recipit
istud sacramentum sacramentaliter sed corporaliter. Et idē
dico de cane vel mure vel quacunqz alia bestia si contingat
quod absit comedere hostiam concecratam. quidam autem
sumunt sacramentum spiritualiter tamen sicut fideles iusti
et sancti cum deuotione audientes missam vel habentes de

uotionem ad audiendum eam qui licet non cōmunicent sūt
tamen participes fructus istius sacramenti. Et sic intelligit
verbum. Aug. dicentis. Crede et manducasti. crede. s. fide fir-
ma. Et manducasti. i. spūaliter. Quidam sumunt seu come-
dunt sacramentaliter et corporaliter simul sed non spūaliter
sicut falsi xp̄iani qui sumunt istud sacramentum in peccato
mortali et tales enim corporaliter sumunt qz recipiunt speci
es consecratas ꝛ etiam sumunt sacramentaliter qz ex quo sūt
xp̄iani credunt sub illis speciebus esse veraciter corpus xp̄i, et
sic vtuntur sacramento vt est sacramentum. sed non recipi-
unt spiritualiter qz non recipiunt fructum sacramenti. qui-
dam vero recipiunt istud sacramentum corporaliter sacra-
mentaliter et spūaliter simul. sicut sunt illi qui cum deuotio-
ne et fide existentes in caritate et gratia dei recipiunt istud sa-
cramentū et ex receptione eius multa bona recipiunt scz gra
tiam in presenti ꝛ gloriā in futuro. Secundo sciendum quot
requiruntur ad debitam susceptionē huius sacramenti que
sunt tria. s. immunitas a pctō mortali eleuatio mentis ad de
um ꝛ mundicia corporalis. De primo dictum est supra in pri
mo ꝛ etiā aliquid dicetur infra. de scdo. s. de eleuatione men-
tis in deum sacerdos ante canonē dicit. Sursum corda. qua
si dicat ꝙ volens sumere istud sacrm̄ dz hr̄e cor suū eleuatū
ad deū. De tercio. s. de mundicia corporali videm⁹ ꝙ tractan
tes aliqd̄ sacramentū manus suas lauāt. et ideo cū isto sacra
mēto tractetur ille q̄ est sanctus sanctorū requirit in sumēte
mundicia corporalis. Notandū tñ ꝙ immunitas a pctō mor
tali requirit de necessitate ad debitā sūptionē istius sacramē
ti. Alia aūt duo requirunt de magna cōgruitate ꝛ iō cum ali
qua mundicia corporalis habeat aliqū secū annexā culpam
mortalē ꝛ habetudinē mentis sicut est pollutio q̄ accidit in so
mnis videndū est de ista pollutione quo impedit sūptionē isti-
us sacramenti. Sciendū est ergo ꝙ pollutio q̄ accidit in som-
nis nō est pctm̄ de se. sed pōt esse effectus pcti mortalis vel ve
nialis vel nullius scdz cā illius pōt esse pctm̄ mortale vel ve
niale, vel nū. semꝑ ergo recurrendū est ad cām vñ ꝓuenit illa

pollutio.pōt ei prouenire vel ex cogitatione preterita: vel ex
ebrietate et crapula vel ex tentatione dyabolica vel ex infir-
mitate vel ex aleuatione nature. Primis duob⁹ modis non
potest esse peccato mortali vel veniali. q2 si cogitatio delibera
ta cū consensu precesserit vel ebrietas vel crapula fuerit deli
berata vel consuetudinaria pctm̄ est mortale ⁊ ideo talis pol
lutio impedit de necessitate sumptionem istius sacramenti.
Si autē cogitatio nō fuerit cum cōsensu deliberato vel ebri
etas siue crapula non fuerit deliberata nec consuetudinaria
pctm̄ est veniale. Et iō tale pollutio de necessitate non impe-
dit susceptionē istius sacramenti sed tm̄tum de cōgruitate im
pedit maxime si fuit cum turpi imaginatione. q2 ex cogitatio
ne vt cōiter dr̄ deprimitur mens: sed si sit aliquid qd̄ prepon
deret sicut reuerentia festiuitatis vel timeatur de scādalo nō
dz dimitti pͥpter hoc corporis xp̄i pceptio si autē pueniat ex
illusione dyabolica non credo ꝙ debeat dimitti maxime si ve
niat tpe magne festiuitatis vel cōis siue gn̄alis cōiōis si aūt
ex nature infirmitate vel aleuiatione nature dimittatur pro
pter reuerētiā laudabile est nisi sit aliquid qd̄ reformet pctm̄
vt dictū est supra. Et illud decretū ꝙ post talē pollutionē hō
dz abstinere. xxiii. hora intelligendū est vt in distinctione predi
cta. Viso ergo quot modis sumitur istud sacrm̄ ⁊ q̄ requirun
tur ad debitā eius susceptionē videndū est nunc q̄ dñt sume
re istud sacrm̄: Vn̄ sciendū ꝙ istud sacramētū dz sumi a ieiu
nis vt habetur. vii. q. i. Nichil de cōse. di. v. Vt ieiuni. Notā
dum tn̄ ꝙ duplex est ieiuniū quoddā est nature aliud ec-
clesie. Ieiunium nature soluitur per sumptionē cuiuscunq
cibi vel potus sumpti in modū cibi vel potus vel etiā medici
ne. Ieiunium ecclesie soluitur per comestionē cuiuscunq su
pti per modum cibi vna comestione facta. Qn̄ ergo dr̄ ꝙ sa
crm̄ eucharistie dz sumi a ieiuno intelligitur de ieiuno natu-
re q2 prius debet intrare in os christiani ille sanctissimus ci
bus q̄ quicunq alius cibus ita quod ille qui sumit iste cibus
sacrosctm̄ nichil ante sumpserit ista die vel per modum cibi
vel potus vel medicine veruntn̄ q2 necessitas non habet le-

ge infirmus non est posita lex: ideo infirmi et illi qui sunt in necessitate positi non sunt ad hoc obligati: immo quacunq3 hora siue de nocte siue post prandium siue ante p̄st q̄tumcū ꝗ̄ fuerit eis necesse illud sacramentum sumere. Sed quid si aliquis sacerdos vel alius qui dz communicare de mane lauet os suum et forte transglutiat aliquid de aqua nunquid impeditur susceptione huius sacramenti. Dico ꝙ ante susceptionem istius sacramenti decens est vt quilz spiritualiter et corporaliter mundet se q̄tum potest et ideo lauare os an̄ susceptionem istius sacramenti approbo et laudo ita tn̄ ꝙ caueatur ne aliquid de aqua transglutiatur scienter veruntamen si aliquid transglutiatur non magna q̄titate cum saliua et per modum saliue non credo ꝙ impediat susceptionem istius sacramenti. Sz pone ꝙ aliquis de nocte et sero anniss et baccasaluta vel feniculum vel aliquid aliud sumpserit et aliquid de reliquis remanserit inter dentes et cū abluit trāsglutit aliquid de hoc qđ remanserat inter dentes nunquid impeditur a susceptione istius sacramenti. Dico ꝙ nō ex quo scienter non facit: sed transglutit per modum saliue. Istud etiam sacramentum nō debet sumi nisi ab illo qui habet vsū rationis vn̄ non debet dari pueris anteq̄ perueniant ad annos discretionis vt habetur in ca. Omnis vtriusq3 sexus extra de pe. et remis. qui ante istud tp̄s nesciunt discernere inter istum cibum et cibum corporalem: et sic ipsi non exhiberent reuerentiam debitam tanto sacramento. Eadem etiā ratione istud sacramentum non est dandum amentibus siue furiosis. Distinguendum est tn̄ de istis qz aut tales fuerunt furiosi a natiuitate ita ꝙ nunq̄ habuerunt vsum rationis et credo ꝙ istis istud sacramentum non debet dari qz istud sacramentum requirit actualem deuotionem in suscipiente et tales nō possunt habere eam. Aut tales habuerunt aliqñ vsū rationis: sed amiserunt ip̄m propter aliquam causam et habent aliqua lucida interualla et tp̄s quo habent talia lucida interualla si petant cum deuotione istud sacramentum et velint ip̄m recipere reuerenter debet eis dari ita tn̄ ꝙ tempore

furie nullo modo detur eis propter causam iam dictam. Freneticus etiam non debet dari istud sacramentum maxime si timeatur de irreuerentia ad sacramentum sicut de expulsione vel aliquo alio tali: loquor autem de freneticis in quibus ligatus est omnino vsus rationis. Demoniacis autem si cum deuotione et reuerentia peterent: credo quod deberet eis dari. dum tamen tales habeant vsum rationis et actualem deuotionem ad istud sacramentum. Et credo quod tantam deuotionem habere possent ad sacramentum quod virtute sacramenti a demonio liberarentur. Leprosis etiam non debet dari sacramentum quod intelligo de leprosis sic infectis quod non possent corpus dominicum recipere et tractare in ore suo quin ipsum reiicerent sicut sunt multi quibus reciderunt labia et dentes et sunt toti corrosi vsque ad guttur. Sicut legitur de quodam monacho cisterciensi in vita sancti. Ludouici quondam regis francie: cui quando ponebatur bolus in ore cadebat sibi bolus de ore: et tali sic leproso non debet dari corpus christi aliis autem leprosis bene potest dari. Sacerdos etiam leprosus non debet in presentia populi celebrare sed si ad partem vel in secreto vellet posset. Et ita intelligo illa ca. extra de cele. Ergo et de rectoribus Et tua nos. Hugo etiam dicit quod sacerdos leprosus posset celebrare aliis leprosus presentibus. Dannatis etiam ad mortem pro criminibus suis quibus (nisi de gratia speciali) non datur vnquam corpus christi: sicut illis qui suspenduntur vel submerguntur vel comburuntur vel quomodolibet aliter interficiuntur. Illis autem qui pro crimine heresis comburuntur si cum deuotione humilitate et reuerentia petant: debet eis dari corpus christi. vt habetur extra de here. c. super. li. vi. Si nunquid existenti in peccato mortali dandum est corpus christi. Dicendum est quod peccatum aut est notorium aut occultum si sit notorium puta quia est notorius vsurarius vel notorius concubinarius vel quomodolibet alius notorius peccator nisi dicedat et secundum statuta ecclesie condigne peniteat non est ei dandum corpus christi quantumcunque petat. immo est sibi dicendum. Amice non est bonum sumere panem filio

tum et mittere canibus. Si autem est peccatum occultum: aut iste petit corpus christi tempore quo tenetur communicare pure tempore generalis comunicacionis vel qz est infirm9 et sic de aliis casibus in quibus tenetur quilibet communicare aut petit alio tempore si quandocunqz petat in publico non tenet sacerdos dicere ipsū sibi: sed debet ei dicere. Amice non est tps communicandi et ideo nō debeo tibi dare corpus xpi: sed expecta tempus statutū. Si autem petat tempore quo tenetur communicare: aut petit in publico aut in secreto non est dandum: immo est monendus ne petat in publico: sed si talis pertinax in malicia sua petat i publico dari sibi corp9 xpi. sacerdos debet ipsū sibi dare nō debet eū pdere nec alius debet priuari suo iure quousqz sit declaratum ipsum amisisse ius suum. et ideo cum quilibet parrochianus habeat ius petendi corpus christi a curato suo et curatus sit obligatus ad dandum isto tempore suis parrochianis corpus xpi et nullus fidelis priuetur isto iure nisi per peccatū mortale commissū publice ideo quandocunqz sacerdos sciat subditum suū esse in peccato mortali nisi petm sit notorium non dz sibi denegare corpus xpi si tempore statuto in publico petat ipm sibi dari. Et ita legitur fecisse beatus benardus qui cum quandam die cōmunicaret monachos suos quidam quē beatus. Bern. sciebat esse in peccato mortali inter alios accessit ad communicādum: et beatus ber. dedit sibi corpus christi dicens ei submissa voce. Iudicet dñs inter me et te: quasi vellet dicere dominus scit q tu indigne accedis et ego non possum tibi negare: ideo iudicet inter me et te. Et statim ille miser accepto corpore xpi cecidit mortuus et ideo caueat sibi vnusquisqz ne indigne accedat non enim noceret sacerdoti. sz sibiipsi et sacerdos bene facerent si istud exemplum et similia parochianus et subditis suis nunciarent. Sed nunquid suspectis de crimine debet dari istud sacramentum si requirant. Dicendū est q triplex est suspitio: quedā est violenta quedam est probabilis quedā leuis. Suspicio violenta est contra quam non dimittitur probatio sicut in aliquis inuenitur cū muliere corrupta in lecto

solus cum sola nudꝰ cum nuda loco z tempore ad hoc apt'
nec etate nec parentelo nec aliquo alio obstātibus esset violē
ta suspicio seu presūptio ꝙ cognouisset eā ita ꝙ nō admitteret
probatio in contrarium. Probabilis suspicio est ista que ori
tur ex aliquibꝰ signis et cōiecturis ꝓbabilibꝰ sicut si aliquis
inueniret frequēt cū aliqua loquens in loco suspecto esset pro
babilis suspecto ꝙ aliqđ malū ageret. Leuis suspicio est q̄ ori
tur ex fatua z inordinata suspitione alicuiꝰ. Et ista dr̄ leuis
et fatua suspicio: sicut videre aliquē bonū virū et aliquā bo-
nam iuuēculā salutātes se vel sibi inuicē ridētes non in loco
vel tp̄e suspectis fatuū esset presumere qꝛ male agerent et de
tali dicit salomō. Qui cito credit leuis est corde qm̄ ergo que
ritur vtrū suspectis de aliquo crimine debet corpus xp̄i : dari
dico ꝙ si de aliquo habeatur suspicio violēta de aliquo crimi
ne notorio ꝙ illi dz negari corpꝰ xp̄i. verbi grā / de aliquo ha
betur suspicio violēta ꝙ si notorie hereticꝰ z vsurarius vel cō
cubinarius et sic de aliis. Dico ꝙ anteq̄ detur ei corpꝰ xp̄i dz
se repugnare de isto crimine extra de pur. c. ii. Si aūt habeat
suspicio probabilis nō dz sibi denegari corpus christi quousqꝫ
esset probatum contra eum licet notorie habeatur talis suspi
cio contra eum. esset tamen monendus ꝙ purgaret se anteq̄
accederet ad sacramenta et si consentiret benefaceret si autē
perseuerenter instaret et negaret crimen de quo ꝓbabiliter
presumitur contra eum non credo ꝙ ante probationem esset
priuandus iure quod habet in petende et accipiendo corpus
christi presertim cum res sua agatur et si indigne recipiat no
ceat illi et non alii. tamen credo ꝙ sacerdos ad terrorem po-
test sibi et debet aliqua verba comminatoria dicere dicendo
Si digne accipes proficiat tibi ad salutem corporis et anime
si indigne iudicet dominus inter me et te si aūt suspicio leuis
et fatua habeatur contra aliquem de quocunqꝫ crimine pro-
pter talem suspicionem cum sit leuis et fatua in nullo dz agi
contra eum in speciali. in generali cū esset bonuz ꝙ sacerdos
diceret aliqua verba comminatoria ostendendo ꝙ nullus dz
presumi bonus vel malus ni constet pro certo. qꝛ multi mul

q̄ infirmus non est posita lex: ideo infirmi et illi qui sunt in necessitate positi non sunt ad hoc obligati: immo quacunq̄ hora siue de nocte siue post prandium siue ante p̄sit q̄tumcū q̄ fuerit eis necesse illud sacramentum sumere. Sed quid si aliquis sacerdos vel alius qui dz communicare de mane la- uet os suum et forte transglutiat aliquid de aqua nunquid impeditur susceptione huius sacramenti. Dico q̄ ante susce- ptionem istius sacramenti decens est vt quilz spiritualiter et corporaliter mundet se q̄tum potest et ideo lauare os an̄ su- sceptionem istius sacramenti approbo et laudo ita tn̄ q̄ ca- ueatur ne aliquid de aqua transglutiatur scienter veruntā- men si aliquid transglutiatur non magna q̄titate cum sali- ua et per modum saliue non credo q̄ impediat susceptionem istius sacramenti. Sz pone q̄ aliquis de nocte et sero anisū et baccasaluia vel feniculum vel aliquid aliud sumpserit et aliquid de reliquis remanserit inter dentes et cū abluit trā- glutit aliquid de hoc qd̄ remanserat inter dentes nunquid impeditur a susceptione istius sacramenti. Dico q̄ nō ex quo scienter non facit: sed transglutit per modum saliue. Istud etiam sacramentum nō debet sumi nisi ab illo qui habet vsū rationis vn̄ non debet dari pueris anteq̄ perueniant ad an- nos discretionis vt habetur in ca. Omnis vtriusq̄ sexus ex- tra de pe. et remis. qui ante istud tp̄s nesciunt discernere in- ter istum cibum et cibum corporalem: et sic ipsi non exhibe- rent reuerentiam debitam tanto sacramento. Eadem etiā ratione istud sacramentum non est dandum amentibus siue furiosis. Distinguendum est tn̄ de istis q2 aut tales fuerunt furiosi a natiuitate ita q̄ nunq̄ habuerunt vsum rationis et credo q̄ istis istud sacramentum non debet dari q2 istud sa- cramentum requirit actualem deuotionem in suscipiente et tales nō possunt habere eam. Aut tales habuerunt aliqn̄ vsū rationis: sed amiserunt ip̄m propter aliquam causam et ha- bent aliqua lucida interualla et tp̄s quo habent talia lucida interualla si petant cum deuotione istud sacramentum et ve- lint ip̄m recipere reuerenter debet eis dari ita tn̄ q̄ tempore

farie nullo modo detur eis propter causam iam dictam. Fre
neticus etiam non debet dari istud sacramentum maxime si
timeatur de irreuerentia ad sacramentum sicut de expulsio
ne vel aliquo alio tali: loquor autem de freneticis in quibus
ligatus est omnino vsus rationis. Demoniacis autem si cum de
uotione & reuerentia peterent: credo ꝙ deberet eis dari. dum
tamen tales habeant vsum rationis et actualem deuotionem ad
istud sacramentum. Et credo ꝙ tantam douotionem habere
possent ad sacramentum ꝙ virtute sacramenti a demonio li
berarentur. Leprosis etiam non debet dari sacramentum quod
intelligo de leprosis sic infectis ꝙ non possent corpus dñicuz
recipere et tractare in ore suo quin ipsum reiicerent sicut sunt
multi quibus reciderunt labia et dentes et sunt toti corrosi
vsqz ad guttur. Sicut legitur de quodam monacho cister ci
ensi in vita sancti. Ludouici quondam regis francie: cui qñ
ponebatur bolus in ore cadebat sibi bolus de ore: & tali sic le
proso non debet dari corpus christi aliis autem leprosis be
ne potest dari. Sacerdos etiam leprosus non debet in prese
tia populi celebrare sed si ad partem vel in secreto vellet pos
set. Et ita intelligo illa ca. extra de cele. Ergo et de rectoribus
Et tua nos. Hugo etiam dicit ꝙ sacerdos leprosus posset ce
lebrare aliis leprosus presentibus. Damnatis etiam ad mor
tem pro criminibus suis quibus (nisi de gratia speciali) non
datur vnqꝫ corpus xpi: sicut illis qui suspenduntur vel sub
merguntur vel comburuntur vel quomodolibet aliter inter
ficiuntur. Illis autem qui pro crimine heresis comburuntur
si cum deuotione humilitate et reuerentia petant: debet eis
dari corpus christi. vt habetur extra de here. c. super. li. vi.
Si nunquid existenti in peccato mortali dandum est corpus
christi. Dicendum est ꝙ peccatum aut est notorium aut occul
tum si sit notorium puta quia est notorius vsurarius vel no
torius concubinarius vel quomodolibet alius notorius pec
cator nisi dicedat et secundum statuta ecclesie condigne peni
teat non est ei danduz corpus christi quantumcunqꝫ petat. immo
est sibi dicendum. Amice non est bonum sumere panem filio

eum et mittere canibus. Si autem est peccatum occultum: aut iste petit corpus christi tempore quo tenetur communicare pute tempore generalis comunicacionis vel qz est infirm⁹ et sic de aliis casibus in quibus tenetur quilibet communicare aut petit alio tempore si ꝙtuncunqz petat in publico non tenet sacerdos dicere ipsũ sibi: sed debet ei dicere. Amice non est tp̄s communicandi et ideo nõ debeo tibi dare corpus xp̄i: sed expecta temus statutũ. Si autem petat tempore quo tenetur communicare: aut petit in publico aut in secreto non est dandum: immo est monendus ne petat in publico: sed si talis pertinax in malicia sua petat i publico dari sibi corp⁹ xp̄i. sacerdos debet ipsã sibi dare nõ debet eũ ꝓdere nec alius debet priuari suo iure quousqz sit declaratum ipsum amisisse ius suum. et ideo cum quilibet parrochianus habeat ius petendi corpus christi a curato suo et curatus sit obligatus ad dandum isto tempore suis parrochianis corpus xp̄i et nullus fidelis priuetur isto iure nisi per peccatũ mortale conmissũ publice ideo ꝙtuncunqz sacerdos sciat subditum suũ esse in peccato mortali nisi petm̄ sit notorium non dz sibi denegare corpus xp̄i si tempore statuto in publico petat ip̄m sibi dari. Et ita legitur fecisse beatus benardus qui cum quandam die cõmunicaret monachos suos quidam quẽ beatus. Bern. sciebat esse in peccato mortali inter alios accessit ad communicãdum: et beatus ber. dedit sibi corpus christi dicens ei submissa voce. Judicet dn̄s inter me et te: quasi vellet dicere dominus scit ꝙ tu indigne accedis et ego non possum tibi negare: ideo iudicet inter me et te. Et statim ille miser accepto corpore xp̄i cecidit mortuus et ideo caueat sibi vnusquisqz ne indigne accedat non enim noceret sacerdoti. sz sibiipsi et sacerdos bene facerent si istud. exemplum et similia parochianus et subditis suis nunciarent. Sed nunquid suspectis de crimine debet dari istud sacramentum si requirant. Dicenduz est ꝙ triplex est suspitio: quedã est violenta quedam est probabilis quedã leuis. Suspicio violenta est contra quam non dimittitur probatio sicut in aliquis inuenitur cũ muliere corrupta in lecto

solus cum sola nudus cum nuda loco z tempore ad hoc apt'
nec etate nec parentelo nec aliquo alio obstātibus esset viole
ta suspicio seu presūptio ꝙ cognouisset eā ita ꝙ nō admitteret
probatio in contrarium. Probabilis suspicio est ista que ori
tur ex aliquib⁹ signis et cōiecturis ꝓbabilib⁹ sicut si aliquis
inueniret frequent̄ cū aliqua loquēs in loco suspecto esset pro
babilis suspecto ꝙ aliqđ malū ageret. Leuis suspicio est q̄ ori
tur ex fatua z inordinata suspitione alicui⁹. Et ista dr̄ leuis
et fatua suspicio: sicut videre aliquē bonū virū et aliquā bo-
Uiso ꝙ in quolibet ordine imprimitur caracter videndum est in quo actu imprimitur in quolibet ordine. Et est sciẽdum ꝙ cum in sacramento ordinis caracter sit res Et sacramentum oportet ꝙ ad impressionem caracteris concurrant duo que requiruntur in omni sacramento. s. aliquod sensibile vt sensibile signum quod est materia sacri et aliqua verba determinata que sunt verba sacramenti. In actu ergo in quo imprimitur caratter in sacramẽto ordinis oportet ꝙ sint ista duo. s. traditio alicuius instrumenti deputati ad executionem illius ordinis et prolaitio aliquorum verborum. In ordine ergo sacerdotii imprimitur caracter sedm sanctũ tho. in traditione calicis cum pane et vino ⁊ prolatione verborum que tunc dicit eps scilicet accipe potestatem consecrandi. ⁊c. Alii dicunt ꝙ in vnctione manuum sibi imprimitur carater primum tñ reputo verius. in dyacono imprimitur caracter in traditione libri euangeliorum cum verbis ad hoc deputatis. Subdiacono in traditione calicis tñ sine pane et vino per quod differt a sacerdote. cui traditur cum pane et vino accolito vt quidã dicunt in traditione candelabri. tho. tamen dicit ꝙ in traditione vrceoli. et istud reputo veri⁹ quia vrceolus directius respicit eucharistiam ꝙ̃ candelabrum exorciste imprimitur in traditione libri exorcismorum. Lector in traditione libri lectionum prophetarum ostiario in traditione clauium ecclesie ita tamen ꝙ in quolibet ordine dicantur simul cum traditione instrumenti verba ad hoc deputata. quia sine verbis illis nichil fieret et credo etiam ꝙ non sufficit ꝙ episcopus porrigat huiusmodi instrumẽta immo oportet ꝙ ordinandus tangat ea corporaliter: cũ istud videatur sonare verba que profert episcopus dũ porrigit hmõi instrumenta vnde dicit accipe. ideo aduertat circa hoc quilibet ordinandus.

¶ Ca. v. que requiruntur in suscipiente ordine.

Quoniam secundum phm̃ actus actiuorum sunt in patiente et dispositorideo vt ordines digne suscipiantur sciendum quod ad hoc vt ordines rite et legitime et digne recipiantur in generali quattuor requiruntur. Primum sexus

debitus. scilz q si masculus. vnde mulier non posset ordinari nec posset recipere caracterem al'cuius ordinis clericalis. vn dicit ambrosius super epistolam ad thimoteū vt habetur. di. xxiii. Mulier. xxiii. q. i. Mulierem extra de sententia excōmunicacionis. demonialibus rat'o autem quare mulier non potest recipere caracterem alicuius ordinis. est qz xp̄s fuit institutor huius sacramenti qui non promouit aliquam mulierē an aliquam sacrum ordinem. licet enim beatissima virgo maria dignior et excellentior fuerit vniuersis apostolis non tamen illi sed istis claues regni celorum cōmisit extra de pe. et. Noua quedam. et si forte in aliquo capitulo. mulier inueniatur vocari diaconissa vel presbytera intelligendum est q illa vocatur diaconissa supra quam fundabantur aliqua benedictio ratione cuius consequebatur aliquod beneficium seu officium spirituale sicut forte legendo omelias in matutinis vel aliquid aliud quod non hz aliis monialibus. presbytera autē vocatur qz secundum morem primitiue ecclesie erat vxor presbyteri vel forte aliqua vidua de rebus ecclesie curam habens adinstar matrisfamilias vocabatur presbytera. Et ita exponenda sunt omnia capitula que loquuntur de ista materia. Sciendum qd̄ requiritur est etas legitima. circa quod est sciendum q lz doctores canonum multas faciunt restrictiones circa istam materiam tn̄ videmus nostris temporibus ad sacros ordines promoueri pueros et imberbes immo videmus aliquos ad dignitates et personatus ac etiam ad ep̄atum et cardinalatum infra tempus taxatum ad subdiaconatus susceptionem promotos quod quia fit ex dispensatione sedis apostolice que sancto spiritu regitur non debet ab aliquo reprobari. istud tamen regulariter est tenendu3 q nisi in fauorem religionis fiat nullus debet promoueri ad subdyaconatum nisi attigerit vicesimum annum nec ad ordinem sacerdotii nisi attigerit vicesimum quintum annum credo tamen q domini episcopi possunt in his dispensare et dispensant quotidie prout exigit ecclesie necessitas que non habet legem extra de regulis iu. Qd̄ non est licitum: que in omnibus istis debet

tendi. Tercium quod requiritur in suscipiēte ordines est morum honestas. Cum enim porte dignitatum vel ordinū infamibus vel suspect'is patere non debeant. lxxx. distinctione. de iure. iuram. c. Relatum. Super omnia requiritur in pmouēdo ad ordines seu ecclesiasticas dignitantes q sit bone fame et honeste in moribus et vita. Cuius autem conditionis sit et quos mores debeat habere promonendus ad sacerdos ordines ostendit apl's in epl'a ad thimotheum et in epistola ad titū. v. dicens. Oportet epm esse sine crimine vni9 vxoris virū sobriū/ prudentē pudicū ornatū/ hospitalē/ non viuolentū non neophiton non litigiosum sed modestum/ non cupidum domi sue bene presidentē. Et licet ista auctoritas non videatur intelligi nisi de epo: tñ secundū aug. et ambro. extendenda est ad alios ordines. lxxx. iiii. d. cognoscamus. ¶ Notādum autem q de singulis cōditionib9 in auctoritate predicta multa essent dicenda: tamē quia requirerēt magnū tractatum quasi superficialiter trāseundo pauca dicā. Dicitur aūt sine crimine quod nō est intelligendū de oi crimine cum nemo sine crimine viuat. Et vt ait hier. i. ad thimo. iii. c. Res pene contra naturā est vt aliquis sine peccato sit. et ideo intelligigendum est sine peccato enormi/ mediocri/ notorio et vulgato. Sed existens in pctō mortali quocunq sine occulto siue manifesto peccat mortaliter recipiendo sacros ordines sicut recipiendo alia sacramēta. xl. di. Multi. lxxxxv. di. Illud. xi. q. iii. Ideo quilibet debet confiteri anteq recipiat sacros ordines. Secundo dicit: vnius vxoris virum. Et istud est intelligendum negatiue. id est nō plurium. lxxxii. di. Proposuisti: quia si intelligeretur affirmatiue: sequeretur q virgines et q nullam habuissent vxorem non possent promoueri quod est absurdum. Et loquitur apl's secundū morē primitiue ecclesie in qua licitum erat ordinatus vnam hr̄e vxorē dūmodo habuissent ipsam virginē mō autem non est licitū cum votum castitatis sacris ordinibus sit annexum. De bigamis autē quare nō promoueātur et quid est bigamia: et quot modis contrahitur quo ad nunc taceo qr excedit metas huius tractat9.

Alie autem conditiones scz sobrium prudentem. &c. satis sūt
note ideo de his nichil dico. ¶ Notandū aūt ꝙ diuersis capi
tulis decretorum ⁊ decretaliū colligantur alie condiciones q
debent esse in ordinando. s. ꝙ non sit solenniter penitens non
curialis: nō seruus seu ad ratiocinia obligatus nō corpore vi
ciatus: non illegitime aut presbytero natus. non adultus nō
in egritudine baptisatus. non peregrin⁹: non ignotus nō mi
noris etatis. De quibz istorum presequi exigeret maiorē tra
ctatum ꝙ presens opusculum expostulet. Quartum quod re
quiritur in suscipiente ordines est peritia litterarū. vnde pro
mouendus ad sacros ordines vel ad regimen animarum: de
habere noticiam sacre scripture ad animas informādas. Et
propter hoc statutum est vt in ecclesiis metropolitanis tene
tur doctores theologie: et ꝙ clerici exeuntes prouinciā ad au
diendū theologiā percipiant integre stipendia sua: ⁊ si nō suf
ficiāt eis ecclesia debet eis prouidere et ministrare necessari
extrema de magistris. q; non nulli. Debet etiā habere peri
am scientiarum secularū et hoc ad eruditionē vt possit disce
nere verum a falso et per eas habere aditum ad theologiā
ideo statutum est vt teneatur magistri liberalium artium i
singulis ecclesiis cathedralibus et in aliis ꝙtum sufficere p
sunt facultates qui earundem ecclesiarum clericos ⁊ alios s
culares pauperes gratis instruant propter quod cōpetens b
neficium magistro in eclesia assignabatur extra. c. preallega
to. Et intelligo de scientiis sermocinalibus. s. grammatica
logica / et rhetorica et maxime grammatica. q; quadriuiale
scientie scilicet arismetica / geometria / musica / astronomia
parū aut nichil faciunt ad scientias pietatis vt ait hic. xxxv
di. Si quis grammaticam. De hoc scilicet quam scientia
dn̄t habere sacerdotes require supra in prohemio huius tra
ctatus et licet multa alia circa materiam sacramenti ordi
possent dici: tn̄ ista sufficiant ꝙtum ad hoc quod pn̄s libell
expostulat. ¶ Tractatus sextus prime partis principalis d
de sacramento extreme vnctionis.

¶ Capitulum. i. que est eius materia.

Nunc de sacramento extreme unctionis dicendum est. Circa quod consideranda sunt septem Primo que est eius materia. Secundo que est eius forma Tertio quis sit eius minister. Quarto quis sit effect⁹. Quinto quibus debet dari. Sexto in quibus partibus corporis debet fieri. Septimo utrum debet iterari. ¶ Materia hui⁹ sacramenti est oleum oliuarum ab episcopo benedictum. Et ratio huius est institutio christi. qui instituit ipsum fieri in oleo et sanare eos. Et hinc concordat promulgatio sancti iacobi dicentis. Infirmatur quis ex vobis inducat presbyteros ecclesie ut orent super eum ungentes eum oleo sancto. Sciendum autem ꝙ quando in scripturis sanctis inuenitur simpliciter oleum debet intelligi de oleo oliuarum. qꝛ illud simpliciter est oleum aliud autem non: sed fuerunt inuenta propter defectum illius. sicut oleum nucum oleum lini ꝛ similia vel propter aliquam medicinam sicut oleum amigdalarum et similia. Ratio autem congruentie quare tale oleum est materia huius sacramenti est quia proprietas huius olei maxime conueniat effectu huius sacramenti. Est enim oleum mitigatiuum dolorum: ideo ponitur in vulneribus. Unde ille samaritanus infudit oleum in vulnerib⁹ sauciati. ut dicitur in lu. Sed effectus huius sacramenti est mitigare dolorem spiritualem et corporalem. Notandum insuper ꝙ ad hoc ꝙ oleū sit propria materia huius sacramēti: oportet quod primo sit ab episcopo benedictum. et istud innuit beatus iacobus quando dicit ungentes eum oleo sancto id est sanctificato. Ratio autem quare oportet ꝙ sit sanctificatum posita est in tractatu de confirmatione. ca. ii.

¶ Capitulum ii. de forma unctionis.

Forma huius sacramenti sunt verba que dicit sacerdos quando ungit infirmum. s. ista. Per istam unctionē et suam piissimam miam indulgeat tibi deus quidquid deliquisti per visum auditū. ⁊c. ita in ista forma tangitur virtus istius sacramenti de qua dicetur infra quando agetur de eius ef

fectu. Et est sciendum quod differentia est inter formes aliorum sacramentorum et istius quia forme aliorum sacramentorum secundum ambro. sunt indicatiue: vt patet discurrendo per singulas sed forma istius sacramenti est optatiua vt patet aspicienti. Notandum quod in missali ambrosiano inuenitur ista forma sic. Vngo oculos tuos vel aures tuas. etc. Et per istam vnctionem. etc. De hac autem non est curandum est forma qua vtitur romana ecclesia est obseruanda. Sed queritur quare in forma istius sacramenti romana ecclesia magis vtitur verbo optatiuo quam in aliis formis. Dicendum est quod istud est quia vt dicetur infra istud sacramentum non debet dari nisi propinquis morti qui iam sunt in recessu sicut moris est quod illis qui sunt in recessu optare salus ita ecclesia in ista forma optat salutem recedentibus ab hac vita.

Ca. iii. de ministro extreme vnctionis.

Minister huius sacramenti est presbiter et non alius vnde nullus nisi presbyter potest ministrare illud sacramentum. Quod patet ex predicta auctoritate beate iacobi. Infirmatur quis ex vobis. etc. Cuius ratio est quia ille qui habet dispensare sacramenta corporis christi mistici oportet quod habeat potestatem supra corporis christi verum est iste est solus presbyter quare solus presbyter habet ministrare istud sacramentum. Nec est instantia de baptismo quia baptismus est sacramentum maxime necessitatis. ideo oportet quod habeat ministrum maxime communem. vide de hoc supra de baptismo. ca. iii. vtrum autem oporteat quod sint plures presbyteri vel sufficiat vnus videtur ex auctoritate allegata quod debeant esse plures. quia dicit presbyteros in plurali tho. autem in quarto suo videtur dicere quod si non possunt habere plures sufficit vnus cum ministris ita tamen quod semper presbyter debet iungere et dicere verba et si antequam perfecerit moriatur vel impediatur alius debet perficere quod remanet silicet residuum sacramenti huiusmodi extreme vnctionis. Et hec sufficiat pro presenti.

Ca. iiii. de effectu extreme vnctionis.

Effectus istius sacramenti est iste sicut enim est infirmitate corporali ita suo modo debet esse in infirmitate spirituali in infirmitate autem corporali sic est ꝙ postꝙ aliquis sit curatus ab infirmitate adhuc quedam debilitas corporalis proueniēs ex pristina infirmitate remanet: ideo indiget duplici medicina vna que sit egritudinis sanatiua vel expulsiua / alia que sit debilitatis que remanet reparatiua. sic est spiritualiter. infirmitas enim spiritualis est peccatum vnde psal. in persona peccatoris. Miserere mei domine quoniam infirmus sum. medicina autem sanatiua istius infirmitatis sum. medicina autem sanatiua istius infirmitatis est penitentia, sed postꝙ homo sanatus est ab ista infirmitate adhuc remanet in eo quedam debilitas spiritualis ꝛ contra istā infirmitatem ordinatum istud sacramentum. vnde effectus istius sacramenti est sanctio istius debilitatis spiritualis. est etiam alius effectꝰ qꝛ per ipsum pctā venialia et etiam mortalia oblitata remittuntur et gratia habita augetur vel noua confertur intellige si digne suscipiatur. est et alius effectꝰ quia si sit expediens anime suscipientis sanitas corporalis sibi restituitur virtute istius sacramēti. Probatur omnia predicta per auctoritatem iam dictam. iacobi. v. c. Infirmatur quis ex vobis inducat presbyteros ecclesie vt orent super eum vngentes eum oleo sancto et alleuiabit eum dn̄s a languoribus suis et si in peccatis sit dimittentur ei. ꝛc.

¶ Ca. v. quibus dꝫ dari sacrm̄ extreme vnctionis.

Ex predicta auctorita te colligitur ꝙ istud sacramentum nō debet dari nisi infirmus. quia dicitur iacobi. v. infirmatur quis. ꝛ cetera. non autem quibuscunqꝫ infirmꝰ sed solum illis qui sunt in periculo et sunt propinqui morti qui cū deuotione ante petierent istud sacramentum posito etiam ꝙ sunt frenetici. cum enim istud sacramentum sit sacramentuꝫ exeuntium non debet dari nisi exeuntibus vel illis qui parati sunt ad exitum huius vite.

¶ Ca. vi. in quibus partibus corporis debet fieri sacramentum extreme vnctionis.

Quia purgata materia medicina dz applicari particule patienti. ideo materia peccati purgata per penitentiam istud sacramentu quod est medicina contra debilitatem dere lictade ex peccato vt dictum est debet applicari membris que sunt organa sensum per que morbus peccati in animam intrat vnde in sacramento isto debent inũgi oculi aures os nares manus pedes et renes: ita ꝙ ad oculos dicatur. Per istã sanctam vnctionem et per suam piissimam misericordiam indulgeat tibi deus quicquid deliquisti per visum. Ad aures. per auditum. ad os. per gustum. ad nares. per odoratum. ad manus peccactum. ad pedes per gressum. ad renes per ardorem libidinis. penitendo in singulis. per istam sanctam vnctionem. ꝛc. sed quid fiet de ceco a natiuitate. qui non peccauit per visum vel de surdo a natiuitate qui non peccauit per auditum vel de claudo qui non peccauit per egressum nunquid debet inungi in istis membris. Dico ꝙ sic quia licet cecus nõ peccauerit videndo tamen forte peccauit inordinate visum appetendo. Et idem dico de surdo et claudo extimo etiã ꝙ ꝓ aliquis nõ habet oculos vel alia mẽbra in quib⁹ fit vnctio deberet inungi in locis circumuicinis ꝓpter rationẽ iam dictam.

¶ Ca. vii. vtrum extrema vnctio debeat iterari

Cum isto sacro imprimatur caracter manifestum est ꝙ istud sacrm potest iterari cum homo possit multotiens ad mortem infirmari. Utrum aũt in eadem infirmitate possit multotiens iniungi. Dico ꝙ infirmatum quedã sunt breuis terminationis sicut sinochia vel casum. ꝛc. tñ si recidiuaret aliquis cum recidiuum sit alia infirmitas ã prima in recidiuo posset iterato iungi. alie sunt infirmitates diuturne sicut tussis febris ethica. ꝛc. que durant per annum et plus ꝛ sic cum talibus infirmitatibus hõ possit multotiens venire ad punctum mortis: in talibus posset istud sacramentum multotiens iterari. Et ista est snia sancti tho. in quarto. Dicit tñ ꝙ si inueniatur snia alicuius doctoris in contrarium ꝙ non condennant eam. Illud autem quod dicunt quidam ꝙ ille qui fuit inunctus si curetur ꝙ non debet se postea balneare:

est quedam fatuitas qz sequeretur q̄ eps cuius caput fuit in-
unctu crismate non debet lauare caput. cum ei9 vnctio sit di
gnioz ista tñ qñ aliquis infirmus inungitur debet esse ibi ali
quis minister qui cum stupa abstergat locum vnctionis ꝛ po
stea illa stupa dꝫ comburi ¶ Tractatus. vii. pꝛime par
tis pꝛincipalis est de sacramento matrimonii.

¶ Ca. i. quid sint sponsalia.

Expedito cum dei adiutoꝛio tractatu de sacramen
tis que generant vegetant nutriunt pꝛomouent
et reparant hominem in vita spūali. restat tractā
dum de sacro quod pꝛoducit et gñat eundem in esse et vita
coꝛpoꝛali. s. sacramento matrimonii. Quia vero libellus iste
est composit9 ꝑpter simplices qui nō sunt in iure tā canoico
q̄ ciuili multam ꝑuecti: allegationes vero quoꝛumcunqꝫ mul
toꝛum iurium tā de iure canonico q̄ ciuili que ī ista materia
post q̄ pꝛecedentibus tractatibus adducentur ne simplicib9
et nimis ꝓuectis confusionem inducant ad homini allega
tionibus quantum potero abstinebo cum simplices homini
ni allegationes nec intelligere scirent. Qm autem secundum
phm̄ dispositio pꝛecedenti foꝛmam. sic sponsalia pꝛecedunt
matrimonium ideo pꝛimo de sponsalibus est agendum. Cir
ca sponsalia ergo consideranda sunt quinqꝫ pꝛimo quid sint
sponsalia et vnde dicantur. Scḋo qualiter contrahuntur.
Tertio in qua etate cōtrahi possunt quarto quis sit effectus
sponsalium. quinto quibus casibus dissoluuntur sponsalia.
Sponsalia sunt futurarum nuptiarum pꝛomissio ex diffini-
tione que communis est canonistis et legistis: patꝫ q̄ sponsa-
lia dn̄t pꝛecedere matrimonium sicut pꝛesens futurum: dicū
tur autem de spōdeo des/ quod est idem quod pꝛomitto pꝛo
mittis.

¶ Ca. ii. qualiter contrahantur sponsalia.

Contrahantur aūt sponsalia quattuoꝛ modis vno mo
do nuda pꝛomissione sicut qñ dicit accipiā te in vxoꝛē et
accipiā te in virum. Scḋo modo datis arris puta pecunia vl' a-
q̄libus aliis rebus. tcio mō anulli subarratiōe ꝛ dꝫ. vulgarit

de sponsatio: sed proprie subaratio nuncupatur. quarto modo interueniente iuramento ita tamen quod semper sunt verba de futuro vt dictum est: quia si essent verba de presenti iam non essent sponsalia scilicet matrimonium.

¶ Ca.iii. in qua etate contrahantur sponsalia.

Quoniam post septenneum. scilicet post etatem septem annorum tam pueri quam puelle incipiant habere discretionem que requiritur in sponsalibus contrahendis ideo post septentinium possunt contrahi sponsalia. Si vero ante septennium epi vel parentes eorum vice et nomine ipsorum sponsalia contrahant nichil agunt nisi dum venerint ad septennium incipiant eis placere et tunc valent ita quod licet sponsus non cognoscant eam carnaliter consanguineam tamen eius non poterit habere in vxorem nec econtra. Et nota quod etas contrahendi matrimonium apta in puellis est .xii. annorum. In puero vero .xiiii. Et si ante contrahant non est matrimonium sed tamen sponsalia nisi fuerint in etate nubili vel ita propinqui quod possint carnaliter commisceri cum tunc etatem videatur malicia supplere.

¶ Ca.iiii. quis sit effectus sponsalium.

Sponsalia contrahuntur duobus modis quandoque et contrahuntur sub conditione: quandoque pure si contrahant conditions apposita potest esse multis modis: quoniam aut conditio apposita est possibilis: aut impossibilis necessaria. Si sit impossibilis puta si diceretur contraham tecum si digito tetigero celum. Si sit necessaria puta si dicat contraham tecum si sol orietur cras. vel aliquid aliud simile. Iste conditiones debent haberi pro non adiectis. i. non appositis. Si autem conditio sit possibilis aut est honesta aut inhonesta. si sit honesta puta quia dicit. Contraham tecum si pater meus voluerit vel si dederis michi centum marcas. si conditio non impleatur non tenetur matrimonium consumare donec conditio fuerit ad impleata etiam si in contrahendo sponsalia fuerit appositum iuramentum. Et istud intellige semper nisi carnalis copula fuerit subsecuta inter eos quia tunc dicendum vtrum matrimonium inter eos esse. quoniam videtur conditionem recessisse. Si vero conditio sit inhonesta et sit contra naturam et substantiam matrimonii puta quia dicit. Con

trahā tecū si procures tibi venena sterilitatis vel si ꝓ pecunia adulterandā te tradas vel donec inueniā aliam pulchriorem. Ista conditio viciat contractum: ita ꝙ non sunt sponsalia: nec matrimoniū. Si vero conditio sit in honesta: non tamē est contra naturam matrimonii: puta quia dicit. Contrahā tecū si hominē interfeceris vel furtū feceris ꝛ similia. Ista cō ditio pro non adiecta debet haberi: et est abiiciendā et tenēt sponsalia. ¶ Notandū tñ ꝙ licet dictū sed ꝙ spōsalia possūt contrahi sub condicione promisse pecun'e non tñ potest pro- mitti pecunia per modū pene si promissa fuerit non tenet pe ne promissio nec pōt repeti vt si dicatur sic. Nisi contrahem te cū dabo tibi cētū marcas. nō ꝯ valet cōditio pene: cū libera debeant esse cōiugia. ff de verobliga. l. titia. c. de sponsalibus. Vel ut. Si aūt contrahantur sponsalia pure. i. sine condicio- ne ꝛ sint ambo apti ad matrimonium contrahendū si interue nerit iuramentū sunt cōpellēdi per excōicationē consummare matrimoniū nisi forte timeatur de vxoricidio vel de aliquo alio periculo: sꝫ si alter eoꝝ ꝯtraxerit cū alio per verba de pñti iniūgetur ei pnīa de periurio et fide mentita vel absoluetur ab excōicatione. Si aūt non interuenerit iuramentū monē- di sunt matrimonium consūmare: non cogēdi qꝛ inuite nup- tie malos consueuerunt hr̄e exitus. xxx. q. ii. c. i. et. ii. Si aūt neuter est ī etate nubili tenentur expectare donec veniāt ad ānos etatis legitimos ad cōtrahēdum matrimoniū ꝛ idē di- co si vnus est ī etate legitima: alius non qꝛ ille qui est in etate legitima debet expectare alium vel si se mutuo absoluerint po terunt iudicio ecclesie separi.

¶ Ca. v. quibus casibus soluuntur spōsalia.

Ex quo sponsalia semel contracta sunt semper ligant ita ꝙ si contrahat spōsalia host modū cū alia: et non sit pro cessū ad carnalē copulā cū illa secunda: compellendus est redi re ad primam. si vero cognouerit carnaliter secundā cū iam matrimonium dicatur debet cū scd̄a manere et nō redere ad primā. Soluūtur tñ sponsalia in octo casibus. Primus est si

alter eorum vult transire ad religionē quod pōt facere altero inuito etiā si fuerit matrē per verba de p̄nti contractū dūmodo nō fuerit per carnalem copulam consūmatū. Et ille q̄ remanet in seculo remanet absolutus ꝛ hoc qn̄ alter fuerit ꝓfessus in religinone. Habetur iste casus. extra de conuersi coniugatur. c. ex. publico. extra de spō. duorum licet preter solitū. Secundus casus est qn̄ sponsus nō inuenitur quia se trāsfert ad aliā religionem tamē prius recepta penitētia de periurio vel fide mētita aut nō seruata si ꝑ eum steterit matrimoniū quominus fuit cōsummatū. Hētur iste cas⁹ extra de spō. c. Illis autē. Tercius casus est. Si alter eoꝝ post cōtracta spōsalia incurit leprā vel paralisim. aut oculos man⁹ pedes vel nasum amiserit vel q̄d q̄ꝫ sibi turpius euenerit ponitur iste cas⁹ extra de cōiugio leprosoꝝ. Litteras de iuramento. c. Quēadmodū. Q̄rt⁹ casus est. Si superueniat affinitas puta si sponsus cognouit consanguineā sponse vel econuerso. Et ad hoc probandum sufficit sola fama. Habetur iste casus. vii. q. iii. c. Quidam desponsauit. extra de consan. et affi. c. Super eo. Quintus casus est. Si mutuo se absoluerint. Hētur iste casus extra de spō. c. Proptera. Quidā tn̄ nō recipiunt istū casū vnde dicitur q̄ ista decretalis allegata non est decretalis vel q̄ loquitur de promissione comparatiua. Sextus casus est si alter eorum fuerit fornicatus. Habetur iste casus extra de iure iuram. Quenadmodum. Septimus casus est qū sponsus de facto cum alia vel sponsa cum alio cōtraxerit per verba de p̄nti vel verba de futuro. et sequat᷑ carnalis copula tunc soluuntur spōsalia ꝓpter maius vinculū seu pactū superueniens sed debet agere pniam de periurio vel fide mentita. Ponitur iste casus extra de spō. c. Consueuisti de spō. c. Tua nos Octauus casus est qn̄ minor ad etatem legitimā venit et petit absolui a vinculo sposalium et sibi licentiam nubendi alibi. Habetur iste casus extra de spon. impu. c. de illis et. c. a nobis. ¶ Nota q̄ oēs isti casus preter primum qn̄ scꝫ alter eorum vult intrare religionē intelligendi sunt de sponsalibus de futuro que vere et proprie dicuntur spōsalia. Nota etiam

q in duobus casibus predictis ipso iure soluuntur sponsalia .s. qn intrat religionem et qn contrahit matrimoniu cum alio vel cum alia. In ceteris vero casibus soluenda sunt per iudicium ecclesie. ¶ Sequitur secunda pars septimi tractatus prime partis principalis que est de matrimonio.

¶ Ca.i. quid est matrimonium. et vnde dicatur.

Postq tractatum est de sponsalibus dicendum est de matrimonio. Circa quod consideranda sunt octo. Primo quid est matrim et vnde dicatur. Secundo qualiter contrahitur matrimonium. Tercio qn et vbi quibus verbis fuit institutum. Quarto que fuit cam institutionis matrimonii. Quinto qui pnt cotrahere matrimoniu. Sexto quot modis dicitur matrem. Septimo quot sunt bona matrimonii. Octauo q impediunt matrem. Matrimonium a doctoribus sic diffinitur matrem est viri et mulieres legitima iunctio indiuiduam vite consuetudine retinens non autem dicitur de viri et mulierum nec virorum et mulieribus. qz nec vnus vir plures mulieres nec vna mulier plures viros habere pot. Dicit indiuiduam vite .zc. hoc est q neuter absq consensu alterius pot continentiam pfiteri vel orationi vacare et q inter eos du viuunt permanet vinculu coniugale. Aliter diffinitur matrem sic. Et viri et mulieris coniunctio vite cois consortiu diuini et humani iuris coicatio Dicitur autem matrem de mater/tris et munio/is. vn matrem est quasi matris munium. i. officium qz dat mulieribus esse matres vel io magis denominat a matre q a patre qz eius. officium magis apparet in matrimonio q officium viri.

¶ Ca.ii. qualiter contrahitur matrimonium.

Solo. aut consensu contrahit matrem. q si solus desit cetera etiam cu coitu celebrata frustrantur ex quo ei p verba de psenti vir consentit maritali affectu in mulierem et mulier in virum sine verbis cosuetis. vt si vir dicat. accipio te in meam vxorem. et ipsa respondeat: accipio te in meu virum. Uel si vir dicat volo te decetero habere in vxorem. et ipsa respondeat volo te decetero habere in viru: vel quibuscunq aliis verbis vel signis exprimatur consensus. statim est matrem veruntamen si lo-

qui psit contrahentes verba sunt necessaria q̄tum ad eccle-
siam consensum mutuum continentia vel exprimentia.

¶ Ca.iii.qñ et vbi et quibus verbis fuit institutū mr̄m.

IN paradiso terrestri fuit matrimonium institutū et an-
te pctm̄. Quibus aūt verbis fuit institutū. Dicunt aliq̄
q̄ illis verbis gen̄.x.c. Crescite et multiplicamini et replete
terrā. Sed istud non credo verum. Fuerunt enim illa verba
potius benedictio nubentiū: vnde dico q̄ verbis ade prophe
tico ore probatis fuit instituta cum dx. Nunc os ex ossib⁹ me
is et caro de carne mea propter hoc dimittet hō patrem ⁊ ma
trem et adherebit vxori sue et erunt duo in carne . vna vide
de hoc sapra in sacramentis in generali.c.i.

¶ Ca.iiii.que fuit causa institutionis matrimonii.

QUe sūt cause principales institutionis matrimoni licet
sunt multe secundarie. Prima tñ principalis causa est
susceptio prolis.et propter hanc causam instituit deus matri
monium in paradiso ante pctm̄ inter primos parētes quib⁹
dixit gen̄.ix.Crescite et multiplicamini.⁊c. Secūda causa est
vitatio fornicationis . et ista causa h₃ locum post pctm̄ et de
ista dicit apl's.i.ad cori.vii.c. Propter fornicationem vitan-
dam/vnusquisq₃ vxore habeat et vna quaq₃ virū suum.cau
se secundarie sunt multe.s.pacis reformatio,pulchritudo vx-
oris/divitie/et scientia/ita tñ q̄ principalis intentio.eorū q̄
contrahūt nō feratur ad ista sed ad duo prima principalis.

¶ Ca.v.qui possant contrahere matrimonium.

OMnis hō qui pōt consentire in coniugalē effectū ⁊ car-
nalem copulā exercere nisi expresse ꝓhibeatur pōt cōtra
here matrimonium . Dico qui consentire potest q₃ licet puer
infra etatem illegitimā constitut⁹ hoc est infra.xiiii.annum
et puella infra.xii.dicant verba apta ad matrimonium con-
trahendum.q₃ consentire non possunt nullum est matrimo-
nium extra de spon.c. Tue fraternitati. Similiter ille qui in
sanus est vel furiosus l₃ dicat verba requisita ad matrimoni
um contrahendum non contrahit. q₃ consentire non potest.
xxx.q.ii.neq₃ furiosus.et hoc est verum q̄diu est in furia con-

stitut⁹. qm̄ si aliqñ habeat lucida interualla et aliqñ redit ad sanam mentem nuberet pōt et testari. Et omnia q̄ alii possūt pōt et ipse facere de. c. de codicili. l. nec ordicillos vii. q. ii. Quis dico etiam qui carnalē copulam potest exercere qm̄ ille qui ca ret virga virili vel vtroqꝫ testiculo vel qui est naturaliter fri gidus contrahere non potest: extra de frigi et malefici. c. ꝙ si dico etiam nisi expresse prohibeatur qꝛ edictum de matrimo nio cōtrahendo est prohibitorium ideo omnis cui nō prohibe tur contrahere pōt. extra de sponsa. c. Cum apud sedem. Pro hibētur enim aliqua ꝓpter votū ꝛ etiā propter ordinē et ita in aliis impedimētis de quib⁹ dicetur infra. ¶ Nota ꝙ ma trimonium potest cōtrahi inter absentes per procuratores si cut factū fuit inter regē vngarie et dñm albā filiam regis frā cie.

¶ Ca. vi. quot modis dicitur matrimonium.

MAtrimonium dicitur multis modis nam aliud est legi timum aliud clandestinum. mr̄imonium legitimū est qñ ab his qui super feminam habent potestatē vxor petitur a parentibus sponsatur et legibus donatur a sacerdotibus vt moris est benedicitur et a paraniphis custoditur: ac solen niter accipitur non tñ intelligas ꝙ sine istis solēnitatibus nō potest esse verum matrimonium. Sꝫ sicut est in aliis sacra mentis ꝙ quedam sunt de necessitate sacramenti quedam au tem de solennitate tm̄. ita in matrimonio quedam sunt perti nentia ad substātiā mr̄monii sicut cōsensus per verba de pre senti expressus et iste solus facit mr̄m. Quedam autē sunt ad solennitatem et decorem sicut solennitates predicte sine qui bus est matrem verū et legitimū q̄tum ad virtutē q̄uis non q̄tum ad honestatē. clandestinū matrimonium est qñ fit sine solēnitatibus predictis et qui sic contrahant exponunt se ma gno periculo. Posset enim alter alterum dimittere qñ vellet et de facto cū alio vel alia contrahere et sic in adulterio ma nere vñ talibus consulendum est in foro conscientie vt de no uo in facie ecclesie cōtrahant. Item matrimoniorum aliud est initiatum perfectum siue consūmatū per carnalē copulā. initiatum vero per verba de pn̄ti. ¶ Notandū tñ ꝙ matri-

monium potest esse ꝑfectum duobus modis vno modo sancti tate alio modo signatiōe. matrimoniū ergo potest esse perfe/ ctum sanctitate ante carnalē copulā. vñ aug. ad quandā que simul et semel cum marito suo votū emiserat castitatis dicit sic inter cetera . nō qꝫ tēperabatis pariter cōmixtione carnali ideo maritus tuꝰ desiderat esse immo tāto sāctus cōiuges ma nebatis ꝙto sentiora cōcorditer placida seruabatis sꝫ matri/ monium nō est ꝑfectū signatione ante carnalē copulā cōmi ctio enī corporis viri et mulieres signat coniunctionē diuine nature et humane in persona filii dei. vide de hoc supra de sa cramentis in gñali. c. i. Et sic soluitur ista q̄stio vtrum inter beatissimā virginē mariā et ioseph fuerit perfectum sanctita tate matrē dicit enim ꝙ fuit perfectū sanctitate sꝫ nō signati one quidā dicunt matrimoniū initiatū per spōsalia de futu/ ro ratū per cōsēsum de p̄nti cōsummatum ꝑ carnalē copulā. Itē matrimonioꝝ aliud est legitimū et non ratum / aliud ra tum ⁊ nō legitimum / aliud ratū legitimū. Matrimoium le/ gitimum ⁊ nō ratum est inter infideles ⁊ hꝫ legitimam qꝛ le/ gali institutione ⁊ p̄uincie moribꝰ nō cōtra iussionē dñi con trahitur sed nō est ratum qꝛ sine fide fit vnde aug. nō est ra/ tum cōiugium quod sine deo est . Matrimonium ratum. et nō legitimum est qd̄ fit inter fideles ꝑsonas sed sine debita so lēnitate contrahitur. Matrimonium ratum ⁊ legitimum est qd̄ inter legitimas ⁊ fideles ꝑsonas cum debita solēnitate est contractum.

¶ Ca. vii. quot sunt bona matrimonii.

Bona matrimonii principaliter sunt tria. s. fide proles ⁊ sacramentum. Fides attenditur ne post vinculum con iugale cum alio vel alia coeatur. secundum in prole vt ama tur suscipiatur ⁊ religiose educatur. tercium in sacramēto vt cōiugium nō separetur Et nota ꝙ duo prima bona q̄ñ sunt in matrimonio q̄ñqꝫ nō. tertium vero inseporabiliter adhe/ ret matrimonio.

¶ Ca. viii. quod continet in se. xvi. ca. est de impedimentis matrimonii.

Impedimenta matrimonii sunt. xii. que impediunt ma/ trimonium cōtrahēdum ⁊ dirimunt iā contractum. Si

enim ipsa vel aliquid ipsorũ precedant matrẽ. consensum con
iugalẽ excludunt. Si vero sequatur matrẽ multum prestant
impedimẽtũ sicut pz p ista exẽpla. Furiosus nõ põt cõtrahere
matrimoniũ si tñ postq̃ contraxerit efficiatur furiosus non
ppter hoc soluitur matrimoniũ. Itẽ q̃ hz vtrunq; testiculum
sectũ. l. euulsum nõ põt cõtrahere matrimoniũ si vero postq̃
cõtraxerit scinderet nõ ppter hoc soluitur matrimoniũ. Et
ita intelligendum est de aliis impedimentis matrimonii q̃ in
his versibus cõtinẽtur. Error cõditio votũ cognotio crimẽ.
Cultus disparitas vis ordo ligamen honestas. Si sis affinis
si forte coire nequibus. Hec faciẽda vetant cõnubia facta re-
tractant. Preter aũt ista. xii. impedimenta q̃ impediunt ma-
trimonium con trahendum et dirimit iã contractũ sunt alia
que impediunt contrahendũ sed non dirimunt contractum
.s. tp̃s feriarũ et interdictum ecclesie. vñ. Ecclesie vetitum nec
non tp̃s feriarum. Ista vetant fieri permittunt facta teneri.
Que et qualiter intelligi debeãt dicẽdũ est de vnoquoq; eor.

¶ Ca. i. de impedimento erroris.

Numeratis oibus impedimẽtis matrimonii dicẽdũ
est de q̃libet p̃mo de ipedimento erroris psone q̃ ex
sui natura nõ istitutione ecclesie matrimonialẽ cõ
sensum excludit qm̃ q̃ errat nõ cõsentit. vt. ff. d. iu. o. iudi. l.
vi. Per errorem et errantium voluntas nulla est. vt. C. de.
iu. et facti igno. l. cum per testamentum. et. l. non idcirco vñ
si vir vel mulier erret in matrimonio contrahendo null9 est
consensus qui solus facit matrimonium nota tñ q̃ triplex p
test esse error circa personã vnus ipsius persone vt si de petro
credatur q̃ si guillermus: errantur circa personam. Alius est
error fortune. vt si de paupere credatur q̃ si diues. Tercius
est error qualitatis. vt si de ignobili credatur quod sit nobi-
lis. de corrupta q̃ sit virgo mõ error persone impedit matri-
monium: vt si credẽs contrahere cũ petro cõtrahat cum guil-
lermo. vel credens contrahere cum martha cõtrahit cum ma-
ria: nullum est matrimonium. Error aũt qualitatis et fortu
ne non impedit matrimonium: verbi gratia. Aliquis con-

trahit cum aliqua credens eam esse virginem vel filia regis et tñ ipsa est corrupta vel filia rustici. tenet matrimonium vl credit contrahere cum divite et contrahit cum paupere tenet matrimonium .xxix.q.i.c. His ita.rc.

¶ Ca.ii. de impedimento conditionis.

Impedimetum conditionis introductum est ab ecclesia in favorem libertatis. Et de hoc breviter est tenedum q si libera contrahat scienter cum servo vel liber cum ancilla tenet matrimonium inter eos. Si vero libera contrahat cum servo ignorãter qz credit ipsum esse liberum vel liber cū ancila qz credit eam esse liberam nullum est matrimonium inter eos si hoc ignoranter egerint nisi postq̃ alter noverit conditionen alterius esse talem et consentiat in eum vel eam verbo vel facto vel carnali copulia. ¶ Nota tñ q error deterioris conditionis interimit matrĩ contrahendū et dirimit iam contractum non aūt error paris vel melioris vt si servus cõtrahat cū serva quam credit esse liberam vel cum libera quā credit esse servā qz non decipitur nec habet qd obiciatur ei. De conditionib9 appositis in matrimonio vide supra de spō. ca.. iiii. qz idem est iudicium hic et ibi.

¶ Ca.iii. de impedimeto voti

Circa impedimento voto nota q in intelligitur de voto continentie sive de voto castitatis. Circa quod notādum q duplex est votū continentie. Nam quodā est simplex aliud solenne. Votum simplex impedit matrem contrahendem sed non dirimit iam contractum. Quō aūt votum simplex sit solenne licet olim altercatio fuerit inter doctores tñ hodie est claratum per dñz bonifacium. viii. extra de voto et voti redem. ca. vnico. li. vi. xvi. dicit q votū solennitatur q̃tū ad dirimendum matrĩ duobus modis vno modo per susceptionem sacri ordinis sez subdyaconats dyaconatus z presbyterat9 alio modo per pfessionem ex pressam vel tacitam factā alicui de religionib9 ap pbatis. Promoti ergo ad sacros ordines religiosi non possunt contrahere matrĩ. Nota penalem institutionem in constitutionibus dñi clementis pape cū

tra religiosos contrahentes matrē facto. s. q̄ sunt excōmuni-
cati et irregulares nec pōt cū eis nisi per sedē apostolicā dis-
pēsari. ¶ Ca. iiii. de impdimento cognationis spūalis.
Cognatio est triplex: quedā est carnalis: quedam spūa
lis: et quedam legalis. Et pzimo videndū de cognatio
ne carnali que naturaliter alias pzecedit: et ista vocatur con
sanguinitas. Uidendum est ergo quid est consanguinitas et
vnde dicatur / quid est linea consanguinitatis / quot sunt li-
nee / quot gradus / et quomdo computentur. et vsq̃ ad quē
gradū matrē pzohibeatur. Consanguinitas est vinculū per
sonarum ab eodē stipite descendentiū carnali pzopagine cō-
tractū. Stipitē dico illā personam a qua aliqui duxerunt ozi
ginē sicut adam fuit stipes cayn. et enoch. et eozum qui descē
derunt ab eis. Dicitur aūt consanguinitas a con quod est si
mul & sanguis quasi cōmunē sanguinē habentes vel de vno
sāguine pcedentes. Linea ozdinata collectio personarum cō
sāguinitate cōiunctarū ab eodē stipite descendētium diuer-
sos gradus cōtinēs. Linee sunt tres. s. ascendentiū descēdētiū
et trāsuersalium. Pzima. s. ascendentium est illoꝝ a quibus
traximus ozigine sicut pater mater auus aua pzoauus pa
ua abauus abaua. Secunda. s. descendentiū. est illoꝝ qui duxe
runt ozigine a nobis sicut filius filia nepos nepotis pnepos
pneptis abnepos abneptis. Tercia est transuersaliū siue col
lateraliū: ista a quibus non duximus oziginē nec ipsi a nobis
vt frater sozoz filii duoꝝ fratrum q̄ dicuntur patrueles filii
duaꝝ sozozū q̄ dnr ꝯsobzini & eoꝝ filii nepotes vsq̃ ad quar
tum gradum. Nominantur ista. xxxv. q. v. Pzimo gradu.
¶ Et nota q̄ due linee descēdentes faciunt vnā lineā tran-
suersalē vt pꝫ in hoc exēplo: filii duoꝝ fratrū attinēt sibi in li
nea transuersali et quilibet ipsozum in recta linea deccendit
ab auo eoꝝ cōi qui fuit stipes cōis a quo traxerant oziginem.
et sic de omnibus aliis est intelligendum. Nunc ergo dicēdū
est quid sit gradus. Pzoquo sciēdum est q̄ aliter cōputāt gra
dus canoniste et aliter legiste. Nā scdm canoniste due psone
in linea trāsuersali faciunt vnū gradū: sed scdm legistas que

libet psona facit vnū gradū vt puta duo fratres sunt in vno gradu primo secūdm canonistas qui secūdm legistas sunt in duobus et sic de singulis. Sed qꝛ istud parum aut nichil facit ad propositū ideo dimittatur: videamus quid sit gradus. Gradus est habitudo distantiū personarum qua cognoscitur quota gñationis distātia due persone inter se differunt. Gradus itaqꝫ in linia ascendenti sic cōputantur pater ⁊ mater sunt in primo gradu/auus aua sunt in secūdo/proauus proaua in tertio/abauus abaua in quarto. In descēdenti aūt sic cōputantur filiꝰ et filia sunt in prīo gradu/nepos neptis sunt in secūdo/pronepos proneptis in tercio/abnepos abneptis in quarto. In trāsuersali vero linea cōputantur sic. duo fratres sunt in prīo gradu/filii duorum fratrū in secūdo neptotis eorundem scꝫ duorum fratrū in tercio/proneptotes eorundē in quarto vltra quē gradū nulla cōputatur hodie consanguinitas vel protenditur quātū ad mrīm impediendum. licet antiquitus ptenderetur vsqꝫ ad. vii. gradū. Videndū est igitur secūdm istā doctrinā qualiter consanguinitas cōputanda est inter aliquos. Cū enim vis scire de aliquibus puta de bartholomeo et berta quoto gradu consanguinitatis attinent sibi accipe aliquem cōem stipitē a quo ambo traxerūt originē. verbi grā. Petrus gñauit iacobū et iohannem qui fuerunt fractres ecce primus gradus. vel si non potest scire quis sit pater eorum dices. Jacobus et iohannes sūt fratres qui (vt dictū est) faciunt primū gr adū et hoc ideo dico: qꝛ fratres sunt sēper ponendi in prīo gradu. sicut frater et soror et due sorores. Procede ergo in cōputatione. Jacobus et iohānes: fuerunt fratres qui vt dictū est faciunt prim gradū. Jacobus gñauit andreā ecce secūds. Andreus gñauit philippū: ecce tercius gradus. Philippus gñauit bartholomeum: ecce quartus gradus de quo nunc agitur. Modo reuertere ad iohannē qui fuit frater iacobi et procede sic. Jacobus ⁊ iohānes vt dictum est fuerunt fratres. Johēs genuit thomam: ecce secūds gradꝰ. Thomas genuit bertam de qua nunc agitur ecce tercius gradus. Vides ergo quomodo bartholomeus et berta sibi attinent ex vna parte in tercio gradu et ex alia in

quarto et hoc loquendo vsualiter qꝛ scd̃m veritatē non atti-
nent sibi nisi in quarto gradu. et sic non potest esse matrimo
nium inter eos. Illud idē faciendū de aliis qui magis vel mi
nus vicini sunt consanguinitate. dicendo tales et tales atti-
nent sibi in tali gradu. ¶ Et ita numerandi sunt gradus ꝛ
numerande persone: colligitur expresse ex illis duabus decre
talibus. extra de consan. et affi. Tua nos. Et extra de testi-
bus licet quidam. Sed pone ꝙ due persone attinent sibi ex
vna parte in secundo vel in tercio gradu. et ex altera ꝛ quin
to nunquid poterunt contrahere matrimuonium inter se.
Dico ꝙ sic semper standum est remotiori persone in consan-
gui. et affini. capi. Inter In hoc enim casu remotior perso-
na existit extremistas consanguinit vnde non attinent sibi re
quo consanguinitas est inter eos extra gradū consanguinita
tis inclusiui. qꝛ sicut antiq̄tus oīs cōsanguinitas terminabat
in septimo gradu ita hodie in quarto terminatur. Ex predic
tis patz ꝙ oīs cōsanguinitas impedit dirimit matrem vsqꝫ ad
quartū gradum cōsanguinitatis inclusiue ꝛ non vltra. Et in
tellige in transuersali linea non aūt in ascendenti qꝛ in illis
in infinitum extenditur consanguinitas inclusiue sed in trāſ
uersali vsqꝫ ad quartum gradum protenditur consanguini-
tas et non vltra quasi dicat ꝙ quintus gradus aperi portam
ad matrem.

¶ Ca. v. de cognatione spirituali.

Uiso de cognatione carnali vidēdū est de cognatione
spirituali. vbi videndū est quid sit cognatio spūalis et
quot sunt eiꝰ species et quō impedit matrimonium et in qui
bus sacramentis contrahitur. cognatio spiritualis est propin
quitas prouenieus et sacramenti datione vel susceptione ver
bi gratia. Sacerdos baptisat puerum tu suscipias eum vter-
qꝫ vestrum est pater spūalis pueri et estes cōpatres prout le-
gitur. xxx. q. i. Tres species cognationis spiritualis sunt tres.
Prima dicitur cōpaternitas scd̃a paternitas et ista attendi-
tur illum qui suscipitur et eū qui suscipit. i. inter patrinū et

puerum. tertia dicitur fraternitas et ista attenditur inter filium tuum spiritualem et filios tuos carnales compaternitas dicitur a con / quod est simul et paternitas quasi simul vel comunis paternitas Nam unus compater semper est spiritualis et alius carnalis Restat ergo videre quid iuris de matrimonio talium et primo de compaternitate. Notandum ergo quod duplex est cōpaternitas. s. quedam est directa. s. illa quā ego contraho per me ipsum et illa impedit matrimonium ut si ego suscipio filium berthe mulieris vel ipsa meum nūquam potero eam habere in uxorem et si accipio eam separandum est matrimonium. Ita dicitur extra de cogna. spirituali. ca. Veniens Alia dicitur compaternitas indirecta sive emergens scilicet illa quam unus coniugum postquam sunt una effecti contrahit per actum alterius quia illa quam contraho per actum uxoris mee postquam est a me carnaliter cognita. sicut si uxor mea suscipit filium aliquorum ambo parentes pueri sunt compatres mei quamvis ego non suscipiam eum quia communicant sibi coniuges ad invicem actiones et de hoc ponitur evidentissimum exemplum in quadam decretali de cognatione spirituali. c. Martinus. ubi dicitur. Martinus duxit bertham. Et leonardus brigidam post matrimonium leonardus levavit de sacro fonte filium martini et berthe demum mortui sunt leonardus et bertha remanserunt martinus et brigida cui maritus suus leonardus acquisierat compaternitatem per filium martini. queritur utrum prefatus martinus possit contrahere matrimonium cum prefata brigida; et dominus papa respondit quod nullo modo. Et sic patet quod compaternitas tam directa quam indirecta inpedit matrimonium contrahendū et dirimit iam contractam. modo videndum est de paternitate spirituali que attenditur inter suscipientem et susceptū. s. inter patrinum vel matrinam filiolum vel filiolam. Et dicendum est quod nunquam potest esse matrimonium inter tales. et si de facto contraxerint sunt separandi. xxx. q. i. de eo interrogasti. xxxi. q. ii. Si quid cum matre spirituali. Ultimo videndum est de fraternitate spirituali que attēditur inter filiolum vel

filiolam et filium vel filiã patrini vel patrine carnales. Et li licet doctores antiqui varia dixerunt circa istam materiã tñ firmiter sine vlla dubitatione tenẽdum est ꝙ omnes filii duorum compatruꝫ siue ante cõpaternitatẽ siue post geniti pñt legitime matrimonialiter cõpulari excepta illa persona mediante qua peruentũ est ad paternitatẽ qꝛ illa nunꝙ potest matrimonialiter copulari alicui filiorum sui patris spiritualis iii.q.iii.super quibus.extra de sã.spũali.ca.i.ꝛc. Laudabilem ꝛc. Tua nos. ¶ Notandum ꝙ cõpater potest licite accipere in vxorem filiam cõpatris sui nisi sit illa mediante qua cõpatres effecti sunt.xxx.q.iii. Illud Solet etiã queri vtrũ aliqs posset habere duas cõmatres in vxoras scꝫ vnã post aliã ad qd̃ dicendum ꝙ refert vtrũ cõmatrenitas precedat matrẽ vel sequatur si precedat licite põt habere duas cõmatres in vxores verbi gratia. Maria ꝛ martha sũt cõmatres postea martinus contrahit cũ maria ꝛ cognoscit eã et ea mortua potest contrahere cum martha. Et rã est qꝛ per vnionem carnis sequentẽ non transitur ad vnionẽ spũs precedentem.xxx.q.ii. Post obitum. si aũt cõmaternitas sequatur matrẽ sapplle g carnalẽ copulã consummatum tunc distingue qꝛ si vxor tua suscepit filium alterius tunc illa cuius filius suscipitur efficitur cõmater tua per factũ vxoris tue et sic mortua vxore tua non poteris eã habere in vxorem et eandem cõpaternitatem intelligas acquiri vxor per virũ. Si vero filium vxoris tue que de alio viro genuit aliqua mulier de sacro fonte leuauerit vel ad cõfirmationem tenuerit corã epo illa mulier est cõmater vxoris tue et non tua qꝛ non fuit ibi cõmaternitas acquisita vñ mortua vxore tua poteris eã habere in vxorẽ idẽ si filius tuus que aliqua muliere genuisti suscipiatur ab aliquo qꝛ non est acquisita paternitas vxori tue et in hoc casu sicut in alio põt aliquis habere duas commatres in vxores et aliqua duos cõpatres in maritos ꝛ istud põt habere per hos ß. Qui michi vel cuius mea natum fonte leuauit. hec mea cõmater fieri mea non valet vxor. Si qua mee natum non ex me fonte leuauit. hanc post facta mee non tamen vetabor ha

bere compater eius nati coniungi nō prohibeatur. ambas cō matres facit actio passio nunq̄. Notandū etiam q laicus nō potest cōtrahere matrimoniū cum illa quā baptisauit et si de facto contraxerit matrimonium est disoluendum extra de cogna. spi. li. vi. c. Nedum. ¶ Itē nota q filius sacerdotis vel alterius viri qui baptisauit puellā non potest contrahere cū illa puella vt. c. preallegato. Nedum. ¶ Notandū insuper q solum sacro baptismi et confirmationis cōtrahitur cognatio spiritualis q̄ impedit matrē contrahendū et dirimit iam contractum. Per cathecismum aūt lz contrahatur cognatio talis que impediat matrimonium contrahendū non tn̄ contrahitur que dirimat iam contractū: extra de cogna. spūali per cathecismū. li. vi.

¶ Ca. vi. de cognatione legali.

Quia cognatio legalis q̄ adoptio dicitur vix aut nunq̄ habetur in vsu. et parum tractatur de ea in iure canonico ideo de hac supersedeo quo ad nunc.

¶ Ca. vii. de impedimento criminis.

Criminum quedam impediunt matrem contrahendū licet nō dirimūt iā contractū sicut sunt incestus vxoricidium raptus aliene vxoris solennis pnia et si quis insidiando matrimonio propriū filium de fonte susceperit vt posset priuare vxorem vel vxor virum debito carnali copia sui. ¶ Item homicidum pri/omnia ista crimia et forte multa alia crimina impediunt matrimonium contrahendū sed nō dirimūt iam cōtractum. immo si sint adolescentes et timeat de eor continētia. ecclesia dz eis dare licentiā nubendi. extra de eo qui cognouit vxorē. c. ex litteris. Sunt aūt tria crimina que nō solum dirimūt matrimoniū contrahendū immo dirimunt iam cōtractum. Primum qn̄ aliquis adulteratur cum aliqua coniugata et ipse vel ipsa machinatur cū effectu i mortē mariti ipsius adulter: vel mulier cum qua vir fuerit adulterat9 machinatur in mortē vxoris viri adulteri vel ipse adulter vt simul contrahant in hoc casu cōtrahere nō debent. et si cōtraxerint sunt separandi. xxxiii. q. Si quis vinēte. extra de eo qui duxit in matrimonium quā polluit per adulterium. c.

NUnc de qualitate contritionis agendum est circa quaz .sciendum est q contritio debet habere septem conditiones. Primo debet esse discreta. vnde debet esse cuz spe venie ita q vere contritus nunq debet desperare de venia sed semper debet sperare de dei mia quia deus potest plus parcere q homo peccare. aug. super illud verbum quod dicit cayn. gen. iiii.c. Maior est in.quitas mea q vt veniam merear. dicit/ mentiris cayn. quia maior est dei pietas q tua iniquitas. Et ambro. Nemo desperet qz iudam proditorem non scelus qd commisit sed sua desperatio fecit penitus interire. Sed quia nemo scit vtrum dignus sit amore vel odio dei ideo non nimis presumere sed semper debet timere/ quia initium sapientie timor domini. et ideo verus penitens granum. s. animam suum dz tenere inter duas molas. s. timoris et spei vt ex farina sic trita barutelo discretionis mundata/ aqua lachrymarum. i. compunctionis comixta panem bonum in clibano cordis igne caritatis decoctum fiat hospiti suo. scilz christo ita q in die iudicii dicatur ei. Esuriui et dedisti michi manducare. Secundo debet esse amara z ita dicebat iste sanctus rex ezechias Ysaye. xxxviii. Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine anime mee. Et si sic talis faciet pacez inter deu z animam peccatricem. Unde idē ezechias. Ecce in pace amaritudo mea amarissima. amara ergo debet esse contritio: qz peccator debet esse contritus eo quod delectatus fuit in cogitatione illicita/ amarior qz consensit/ amarissima qz opus illicitum perpetrauit. et si sic faciet poterit dicere si contritus illud quod sequitur. Tu autem eruisti animam meam vt no periret proiecisti post tergum tuum omnia peccata mea. Tertio debet esse lachrymosa. Unde psal. vi. Lauabo per singulas noctes lectum meum. s. conscientie lachrymis meis stratum meum rigabo: et sic fecit beata maria magdalena que lachrymis suis lauit pedes domini nostri iesu christi et ideo sibi fuerunt peccata remissa. Quarto debet esse premeditata vt in preallegata auctoritate. Recogitabo tibi omnes anos

meos.&c. de hoc dicit. Isaias loquendo ale peccatrici. Sume ci tharam.s. penitentie circuiui ciuitatem.s. sanitatem anime mee cogitando et rememorando singula peccata meretricis id est anime peccatricis que peccando cum dyabolo fornicata est et obliuioni tradita est.i.a deo propter peccatum suum oblita. Quinto debet esse vniuersalis id est de omnibus peccatis. Sexto debet esse durabilis.i.continua et de his duob⁹ dicetur in duobus ca. sequentibus. Septimo debet esse integrum id est cum proposito confitendi & satisfaciendi alias non esset contritio sed derisio. Et hoc dictum est supra in.i.ca.

¶ Ca.iiii. de duratione contritionis.

Ad sciendum quantum debeat durare contritio. Notandum quod secundum quod dictum est supra ca. ii. In contritione est duplex dolor vnus qui idam est quod detestatio siue displicentia voluntatis et iste debet semper durare quamdiu homo viuit. Notandum tamen quod cum preceptum de contritione sit affirmatiuum et preceptum affirmatiuum obligat semper sed non ad semper sed pro loco et tempore preceptum de contritione sic obligat quod non oportet quod sit semper in actu conterendi sed quandocunque occurret ei memoria de peccato quod displiceat sibi illud peccatum fecisse & ita intelligitur illud verbum beati aug. in li. de.pe. vbi dicitur. Semper doleat et dolore gaudeat et sequitur vbi dolor finitur ibi penitentia deficit. Unde quando dicit semper doleat intelligendum est semp.s. quando occurret sibi memoria de peccato. Similiter quando dicit vbi dolor finitur intelligendum est semper vel actu vel habitu Et causa quare sic debet durare contritio est quia nemo est certus ad minus de lege communi si peccatum est sibi remissum per contritionem quando nescit si contritio sit sufficiens vnde dicitur in ecclesiastico de propiciatu noli esse sine metu. posito enim quod aliquis sciret per reuelationem diuinam peccatum sibi fore remissum adhuc debet sibi displicere peccasse quandocunque occurret sibi memoria de peccato aliter peccaret nouo peccato quia sicut culpa est velle peccare ita culpa est velle peccasse. alius dolor est in contritione.s. dolor qui resultat et redundat in sensualitate quando homo displicentia peccati prorumpit in fletum et lachrymas. et talis dolor non oportet quod semper du-

ect cum pauci immo paucissimi sint qui etiã vna hora possint
sic petã sua plorare ꝙ dominus tãto tp̃e vite sue et tñ multe
perfectionis q̃ semper ex dñ recordaretur de petis posset ea plã
gere. sicut legitur de beato petro apostolo ꝙ portabat sudari
rium in sinu suo cum quo tergebat lachrymas suas q2 qñ re
cordabatur peccati qd fecerat qñ negauerat xp̄m non pote
rat lachrimas continere et tñ bene sciebat xp̄m sibi dimisisse
peccatum. ¶ Ca. v. de quibus dz esse contritio.

PEccatorum quoddam est actuale et quoddã originale.
Actuale est quod contrahitur actu proprio. s. quando
hõ agit quod agere dz vel qñ nõ agit qd agere dz. Et isto mõ
diffinitur sic pctm̃ est oẽ factũ vel dictum vel concupitum cõ
tra legendi dei. Originale pctm̃ est qd hõ ex origine cõtraxit
inquantum. s. hõ descendit ab adam scd̃m rõnẽ seminalẽ ita
ꝙ pctm̃ originale formaliter nichil aliud est ꝙ carentia iusti
cie originalis vñ sciendum est ꝙ adam in sui creatione acce
perat a deo quoddã domum supnaturale quod vocabatur iu
sticia originalis que iusticia ita ordinabat hoiem a deũ ꝙ ani
ma hois in omnibus obediebat deo ita ꝙ nullo modo moue
batur cõtra dei voluntatẽ. et corpus ita obediebat aie ꝙ nul
lomodo mouebatur cõtra voluntatẽ aie vel contra imperiũ
rõnis. Et ꝑ illud domum aialia erant subiecta hoi ⁊ obedie
bant ei ad nutũ iuxta illud psalmiste. psal. viii. Oia subiecisti
sub pedibus eius. ⁊c. Illud domum acceperat non solũ adã
pro se sz etiam pro tota posteritate sua ita ꝙ in oẽs q̃ descen
derant ab eius seie ipse transfunderet illud domum. i. istam
iusticiam originalẽ, Et isto dono ꝑ pctm̃ suum ipse priuauit
se et totam posteritatẽ suã ita ꝙ oẽs qui descendunt ex eius
seie carent isto dono et talis carentia vacatur pctm̃ origina
le. Ad videndũ ergo de quibus dz esse cõtritio. Primo vidẽ
dum est vtrum hõ debeat cõteri de pctõ originali. Ad quod
dicendum est ꝙ non. Cuius ratio est q2 solum dz hõ de illo
cõteri ⁊ dolore quod est actu ꝓprio cõmissum vel quod fuit
in ptãte non committere. Sed pctm̃ originale non fuit actu
proprio commissum nec fuit in ptãte alicuius nõ committere

illud quare nō tenetur dolore vel cōteri de pctō originali. Et dico nullū conteri de necessitate congruū tñ esset adulto qui accedit ad baptismū vt ei displiceat pctm̄ originale non in speciali quasi fuerit contrictū per ipm sed in gñali inq̄tū sez omne quod separat a deo debet displicere. De pctō aūt actuali quō homo debet cōteri de eo notandū q in genere duplex est pctm̄ actuale. quoddā est mortale aliud veniale. De pctō aūt mortali homo debet conteri et confiteri singulariter de quolibet ita q non sufficit contritio siue confessio generalis immo quilibet verus penitens debet diligenter examinare suam conscientiam et discutere ita q recogitet dies/horas/tpa/loca/ ꝛ personas et oēs circumstantias in quibus cum quibus peccare potuit pctōꝝ ꝛ peccauit. Et ita sicut occideret sibi memoria de pctō quod signanter ꝛ singulariter perpetrauit conteratur et confiteatur de quolꝫ pctō mortali ita tñ q lꝫ de quolꝫ pctō mortali verus penitens debeat summe et maxime dolere tñ scdm q vnum pctm̄ est grauius q̄ aliquid attentius ꝛ intentius dꝫ dolere et conteri de vno q̄ de alio. Sꝫ quid si et de pctis oblitis. Dico q aliquis pōt esse oblitus pctōꝝ suorū duobus modis. Uno modo q sit oblitus in speciali sed nō in gñali. i. q bene recordetur se peccasse mortaliter sed non recordatur de specie pcti puta si furatus fuerit aliquid vel fornicatus. ꝛ sic de aliis. Et talis tenetur dolere ꝛ conteri in gñali de pctō et in speciali confiteri de negligentia sua per quam venit in obliuionem pcti sui et tenetur facere qd̄ in se est ad hoc. s. q recordetur in speciali de pctō suo vel cogitando vias suas vel orando deum q reducat sibi ad memoriam. Alio modo pōt esse oblitus pcti sui ita q non recordatur nec in gñali nec in speciali et ad huc tenetur conteri in gñali. Et voco conteri in gñali non sub conditione. i. dicendo vel cogitādo. Doleo et cōteroꝛ si peccaui. Sed voco conteri in speciali sub estimatione probabili. debet enim homo probabiliter credere q in multis offenderit deum quorꝫ non recordatur: ꝛ si sub ista estimatione doleat et peniteat sicut si certus esset contrit⁹ est ꝛ penitens. vnde quilibet debet frequenter dicere vers⁹ psal

miste. psal. xxx. Delicta iuuentutis mee et ignorantias meas ne memineris dñe. Quõ aut debet hõ conteri de veniali. Notandum ꝙ tria sunt gña pctõꝝ venialiũ. quoddã est veniale subitũ non propria voluntate contractum sed ex quadam surreptione et de tali non tenetur homo conteri in speciali nisi de congruo. Aliud est pctm̃ veniale ex voluntate: cui si consentiat homo incidit inmortale sicut delectatio morosa in cogitando de actu carnali est pctm̃ veniale. sed si sit ibi consensus est pctm̃ mortale. et de tali veniali qñ occurrit mẽoria homo debet conteri et penitere et diligenter aduertere ne sit ibi vel fuerit consensus. Quoddam aũt est veniale quod per frequentationem sui auget libidinẽ peccãdi. et tanta poterit esse libido ꝙ illud qd̃ de natura sua erat veniale ex ea libidine fierit mortale. sicut mendacium iocosum de natura sua est veniale sed totiens põt iterari ꝙ augebit tantam libidinem mẽtiendi: ꝙ ex illa libidine poterit hõ totiens mentire iocose ꝙ peccabit mortaliter. Et de tali debet homo conteri et penitere aduertendo et precauẽdo ne multiplicet. De hoc tñ magis dicetur infra qñ agitur confessione pctõꝝ venialium qꝛ eodẽ modo tenetur homo de eis conteri: quo tenetur ea confiteri.

¶ Ca. vi. que sunt cause inductione contritionis.

Cause indictione contritionis sunt mule. Prima ⁊ principalis est amor dei. Illud em̃ quod principaliter debet retrahere hoiem a peccato ⁊ si peccauerit ꝙ corrigat se ⁊ emẽdet est amor dei. et iste amor sic gñatur in aia pctõris. Cum enim amor sequatur cogitationem et cognitionem vt dicit aug. Cognita diligimus incognita nequaꝗ̃. Quando ergo peccator cogitat et recognoscit dei bonitatem et iustictam cui displicet omne malum et ꝙ nullo modo relinquid aliqd̃ malum impedimentum et recogitat se multa mala commisisse que displicent diuine bonitati propter que est dignus puniri grauitur timet: quado etiam cogitat vlterius dei pietatem et misericordiam qui paratus est omni dolenti et penitenti parcere et dimittere culpam quantumcunque magnam

sperat de venia et sic movetur ad detestandum pctm̄. Et iste motus vocatur attritio. i. quedam cōtritio imperfecta et ita deus qui nunq̄ deficit infudit lumen gratie in aiam pctōris et illo lumine pctōr illustratus calefit in amore dei et detestatione pcti ita q̄ timor servilis precedat et preparat cor pctōris ad contritionem sed amor et fervor caritatis pficit ipm̄. Et de hoc ponit exemplum aug. dicens q̄ sicut in sutura sotulari um seta porci precedit et facit viam filio non tn̄ remanet in sutura sic contritionē precedit timor pene et iste timor preparat ad amorem et caritatem dei que postq̄ est in aia expellit omnē timorē. Et ita dicit btūs ioh. in pria sua canonica Perfecta caritas foras mittit timorē. s. servilē qui est timor pene non aūt timorē filialē qui est timor offense. Scda cā est pudor. i. verecundia de pctis cōmissis. vn̄ prover. Res dignas cōfusione agunt. Job. Res indigne confusionē agūt. Et nūe xi. iii. c. Revelabo pudenda tua in facie. Quando em̄ pctōr cogitat q̄ oia eius pctā q̄tuncunq̧ secreta et oculta sint sunt deo manifesta et aperta et q̄ nisi peniteat et cōteratur de eisdem sunt deus revelabit et manifestavit ea toti mundo monetur ad contritionem et pniam de pctis. vnde dicit boetius Magna est nobis indicta necessitas probitatis cum oia agamus coram oculis iudicis cunta cernentis. Tercia cā est detestatio. i. abominatio vilitatis pcti. Tanta em̄ est vilitas pcti q̄ de filio dei facit servum dyaboli. vn̄ dicit beatus pe. qui facit pctm̄ servus est pcti a quo em̄ quis superatus est ei⁹ servus est. Cū ergo pctōr sit propter pctm̄ a dyabolo superatus propter pctm̄ servus dyaboli factus est. vn̄ ansel. Fecisti me dn̄e ad tuam ymaginem et ego super induxisti horribilem ymaginem. vn̄ aia peccatrix videns et considerans vilitatē pcti pōt dicere verbum qd̄ dicit hiere. Vide dn̄e et considera q̄r fact⁹ sum vilis. Quarta cā est consideratio de die iudicii et penis inferni. qn̄ em̄ pctōr considerat q̄ deo in dicto facto et cogitato cōtra legem de oportebit reddere rōnem in die iudicii iuxta verbum salvatoris in matheo dicentis. De oi verbo ocioso q̄ fuerint locuti homines sup terrā reddent rōnē in die iu

dicii. Et. xxxii. q. vi. c. penultur. ꝛ c. Quotiens movetur ad cō tritionem ꝛ pniam de pctis suis. vnde hiero. loquens de die iudicii dicit sic. Quotienscunqꝫ illum diē cōsidero toto corde cōtremisco. Et idem Siue comedo siue bibo siue aliquid ali ud facio semꝑ videtur nichil in auribus meis ista tuba terri bilis insonare. surgite mortui venite ad iudicium. Quando peccator ista cogita attenta mente totus contremiscit in cor de suo. Si enim vt dicit beatus petrus aplūs. i. petri. quarto. i. Uix iustus saluabitur/impius autem ꝛ pctōr vbi parebunt. Grego. quid faciet virgula deserti. i. pctōr vbi concucietur co durs paradisi. i. iustꝰ. Quinta causa est dolor deamissione ce lestis patrie/quando enim peccator cogitat se ꝑpter peccatū suum gloriā paradisi amisisse non est mirū si dolet immo est mirum si non crepat per medium si enim dolet et plorat hō pro amissione pecunie quātomagis debet dolere ꝛ plorare ꝑ amissione celestis glie. Et ideo dicebat btūs iohānes in apo. iii. c. Tene quod habes ne alius accipiat coronā tuam. Sex ta cā est dolor de multiplicati offensa creatoris qñ enim pec cator cogitat ꝛ considerat se offendisse deum qui euꝫ creauit de nichilo et insigniuit eum ymagine sua et redemit precio sissimu sanguine suo est bene mirum si non doleat et penite at de peccato suo. De hoc dicit benardus. Dolor de peccatis debet esse acer/acrior acerrimus. acer qꝛ offendimus deum creatorem oīm acrior quia offendimus patrem nostrum qui pascit nos multipliciter et gubernat: acerrimus qꝛ offendi mus redemptorum nostrum qui nos liberaui sanguine suo a vinculo pctōꝝ a crudelitatem demonum, ab acerbitate ge henne. ¶ Notandum tamē ꝙ lꝫ pctōr sicut dictum est debet dolere et conteri de peccatis tñ semper debet sperare in dño impietate et mīa eius ita ꝙ dꝫ sperare de venia et glia qꝛ vt dicit sapiens prouer. xxvii. Sperans in dño non confundet nec confusione culpe me pene.

¶ Ca. vii, de. effectu contritionis.

Effectus contritionis est multiplex. Primus pꝫ ex vi no minis ipsius. dr ei contritio quasi sit ex toto tritio quod

sic intelligendū est q2 in contritione totum cor pctōris ad lit-
teram scinditur vel conteritur pre nimia angustia dolore ira
et indignatione que concepit contra pctā. vnde dn̄s per pro-
phetam iohel.ii.c. Scindite corda vestra. Item psal. Sacrifi-
cium deo spūs contribulatus cor contritū & humiliatū deus
non despicies. scd'z q dicit beat9 benard9. Contritio mundat
aīam a reatu culpe et liberat a pena gehenne & ab horrenda
demonū societate et vilissima pcti seruitute tribuit bona spū-
alia que pctōr amiserat per pctm̄ restituit et societatem spūa-
lem ecclesie cōionem & bonorum oīm que in ea fiunt participati-
onem. de filio ire efficit filium gratie/de filio dyaboli facit fi-
lium dei et per consequens participē hereditatis eterne vtrū
aūt solo contritione remittatur peccatum sunt varie opinio-
nes. Quidā enim dicunt q sicut tribus modis offendimus de-
um. s. ore/corde/ et opere; ita tribus modis est necessario deo
satisfaciendum. s. contritio cordis confessione oris. et satisfa-
tione operis: ita q alias non dimittitur peccatum. Et illi fun-
dant intentionem suam super illud. de. pe. di. iii. Perfecta.
Et dicunt isti q oēs auctoritates que dicunt pctā sola cordis
contritione dimitti sunt intelligende. cum articulis necessita-
tis excludit oris confessionem. i. qn̄ aliquis amittit loquelam
vel qn̄ aliquis non potest presbyterum reperire in confessio-
ne. Alii dicunt q in contritione dimittuntur peccata sub con-
ditione: si scz confiteatur. & fundant isti intentionē suam sup
illud qd dr de. pe. di. iii. c. sane. Tertii dicunt sola cordis con-
tritione dimitti pctm̄ cuilibet adulto si vere conteratur & pro-
ponat ab illo abstinere et confiteri & de eo satisfacere secūdū
iudicium ecclesie: et fundant isti intentionem sup illud de. pe.
di. i. Magna est pietas dedit vt ad solam promissionem pctā
dimittat mundum pronunciat ore et tn̄ deus audit in corde.
Et hec opinio est verior et magis tenetur communiter a do-
ctoribus & q ista opinio sit verior pz per exemplū lazari quē
primo suscitaui xp̄s anteq̄ a discipulis absolueretur. lazarus
enim mortuus/est peccator qui per peccatum mortuus est.
Iuxta verbum eze. xviii. c. dicentis. Anima que peccauerit ip-

sa morietur. Et iste suscitatur a dn̄o qn̄ sibi remittitur peccatum in contritione et postea soluitur a discipulis. i. absoluitur a sacerdotibus in confessione. Pz etiā p exemplum de decē leprosis a dn̄o mundatis qui in via antequā veniret ad sacerdotes mundati sunt. Isti em leprosi sunt petōres: q̄ dum vadunt ad sacerdotes. i. dum contritionē hn̄t et propositum cōfitendi mūdant a pctis. Et ita dicit psal. xxxi. Dixi confitebor aduersum me iusticiam meam dn̄o et tu remisisti impietatem pcti mei dixi in firmiter in proposui. Notandum ergo q̄ ista tria similiter sunt tp̄s lz hēant ordinem naturalē inter se. s. iustificatio contritio et petōrum remissio. necessaria em̄ habeo intelligere q̄ prius quis habeat grām q̄ conteratur precedit ergo grā. sequitur dilectio qm̄ qui gratiam hz diligit et sequitur cōtritio qm̄ qui diligit cōteritur ad contritionem sequitur petōrū remissio. Iste pcessus colligitur de pe. di. i. qis quis non diligit manet in morte et aug. Sine caritate quā quis veram cordis contritionem hēe poterit. pz ergo quā sola cordis contritione pctm̄ dimittitur. quid ergo faciat absolutio sacerdotis ad remissionem petōrum dicetur infra qn̄ agetur de confessione.

¶ Et hec sufficiant de contritione.

¶ Tractatus tertius secunde partis principalis de confessione. xi. habens capitula.

Circa confessionem. xi. sunt considerāda. Primo de institutione confessionis. secūdo de illis qui tenetur ad confessionem. tertio de tempore qui quis tn̄r ad confessionem. quarto cui facienda est confessio. quinto de quibus est facienda confessio. sexto de conditionibus quas debet habere confessio. septimo de iteratione confessionis. octauo quomodo debeat se habere sacerdos ad cōfitentem. nono de interrogationibus faciendis in cōfessione. decimo de potestate clauium et effectu confessionis. vltimo de sigillo confessionis.

¶ Ca. i. de institutione confessionis.

Ad euidētiā eorum que dicēda sūt de cōfessione: notādū q̄ in sacra scriptura a duobus modis accipitur confessio Uno modo idem est q̄ dei laudatio vnde confiteri isto modo

notandum
notandum
augustinus

idem est q̃ deum laudare. Et hoc modo accipitur q̃n dicitur Confitemini.i.laudate dn̄m quoniam bonus.⁊c. Alio modo idem est q̃ peccatorum corā sacerdote manifesto. Et isto mo do diffinitur sic.cōfessio est legitima coram sacerdote qui cla nes hz et ptātem absoluendi pctorum declaratio. Ad euidē tia istius diffinitionis videndum est de singulis membris q̃ in ipsa ponuntur. De primo. Confessio est legitima peccato rum declaratio.contra illos qui peccata sua occultant vel ex cusendo vel celando. Patet etiam contra illos qui recitant bona sua in confessione: vel confitentur per abnegationem peccatorum.vt non sum adulter gulosus.⁊c. dicitur coram sacerdote qui clauem habet potestatem absoluēdi vt omnes conditiones que ad veram confessionem requiruntur osten dantur.et dicitur confessio quasi simul vel ex toto sine vndi q̃ fassio.Et de confessione isto modo dicta hic intenditur Ui dendum est igitur q̃n fuit instituta et quis fuit institutor cō fessionis.Quantum ad primum sciendum est duplex est con fessio peccatorum.s.mentalis:et vocalis.Mentalis confessio peccatorum est de dictamine legis nature adiute quodāmo do per fidem q̃n enim hō scit ⁊ perpendit offendere vel offen disse deum quem non videt nisi per aliquem radium fidei natura dictat sibi q̃ ab eo mīa est sibi humiliter postulanda. et hoc nunc fit nisi recognoscatur culpa que fit per confessio nem mentalem:confessio autem vocalis est duplex quedam que fit deo quedam fit hoi.Loquendo ergo de confessione vo cali que fit deo credo q̃ confessio fuit de necessitate salutis sta tim post lapsū primi onminis.et ratio que me mouet est ista Omni tp̄e in que vel fuit infirmitas fuit necessaria medicina contra illam infirmitatem sed statim post lapsum primi ho minis fuit infirmitas pctī non solum originalis sed etiam ac tualis ad minus quo ad multos.ergo necessaria fuit post lap sum primi hominis confessio ad minusquo ad multos etiam vocaliter. Et istud patet ex quadam glo.que ponitur super illud verbum.Genesis.iiii. Adam vbi es.vbi dicit glo. Uer ba sunt increpantis et ad confessionem cogentis non ignorā

tis. Et de constat q loquatur de confessione vocali facienda deo. qr tunc de⁹ non hō loquebatur vocalit ipsi ade. ergo ab illo tp̄e fuit necessaria cōfessio isto mō dicta. Loquēdo aūt de cōfessione vocali faciēda hoi: dico q fuit instituta i lege noua xp̄o videlz icarnato: ꝛ tunc nō congruū talē cōfessionē istitui Et rō que me mouet ad hoc est duplex scdm q confessio ordinatur ad duo. scz ad peccati dilectionem ꝛ manifestationē. et ad reconsiliationē faciendā deo ꝛ ecclesie eius. Ex quo patet q solum ex lege noua debuit institui confessio. Notandū tamen ad euidentiam eorū que dicenda sunt q status peti vocatur tenebre: stat⁹ aūt grē lux. Et ita dicit apl's loquēs ephesiis postq fuerunt cōuersi ad fidē ꝛ fuerunt in statu gratie. ad ephe. v. c. Eratis aliquādo tenebre nunc aūt lux in dn̄o. Et in epistolo ad romanos. xv. Abiiciamus opera tenebrarum. glo. i. opera peti. ꝛ induamur arma lucis. i. virtutis. In eo ergo lege debet institui confessio facienda hoi in qua lux vera fuit orta que lux illuminat omnez hominē venientē in hunc mundum et ista est lux noua xp̄o. s. incarnato. Igitur in lege noua debuit institui confessio facienda homini. Ex secūdo. s. ex hoc q confessio ordinatur ad reconsiliationem faciendam deo ꝛ ecclesie: eius patet etiam q debuit institui in lege noua ideo eni confessio fit homini vt homo sit iudex ꝛ arbiter inter deum ꝛ hominem pctōrem. Arbiter aūt debet esse talis q possit ponere manum vtrāqz partem ideo oportet q ille cui facienda est confessio possit ponere manum in deum cui confitēs vult reconsiliari et in hoiem qui confitetur. Talis autem non potuit esse quousqz deus factus est homo quia datus est nobis mediator dei et hominis homo christus iesus. Et hic postq corporaliter ascēdit in celū reliquit in ecclesia aliquos quos loco sui constituit rectores ecclesie ꝛ arbitros quibus cōmisit auctoritatem reconciliandi peccatores deo ꝛ ecclesie sue Ideo in lege noua xp̄o incarnato debuit institui confessio. Cum eni cōfessio habeat efficaciā absolutione ꝛ ab absolutio ex virtute clauium que quidem claue fuerunt date hoi in noua lege dicente christo beato petro apostolo et in ipso omni-

bus aliis math.xvi.c. Tibi dabo claues regni celorum. & ioh. xx. Quorum remiseritis pctā remittuntur eis. et quorum retinueritis retenta sunt. Manifestū est ꝙ confessio facienda homini in lege noua fuit instituta precessit tn̄ in figura in lege antiqua in hoc ꝙ sacerdotib⁹ data erat auctoritas & potestas discernendi inter lepram & inter prophanam est sanctum. sed ista erant quedam corporalia & non spiritualia. Et hanc figuraz ostendit xp̄s in lege noua fuisse adimpletam qn̄ leprosos mundatos mittebat ad sacerdotes dicens. Ite ostendite vos sacerdotibus. De secundo aūt ignis quis fuit institutor confessionis. Dico ꝙ fuit christus ipsemet. Et ratio fuit tacta supra in prima parte huius operis qn̄ agebatur de sacramētis in generali. Et intelligo ꝙ fuit institutor auctoritatiue & credo ꝙ beatus iacobus minoris qui fuit ep̄s hiero solomitanus et qui primus inter apostolos celebrauit missam quando dixit. Cōfitemini alterutrum peccata vestra: fuit promulgator huius sacramēti sicut dictum fuit supra de sacramento extreme vnctionis.

¶ Ca. ii. de illis qui tenetur ad confessionem.

OMnes adulti postq̄ ad annos discretionis peruenerint ita ꝙ possint discernere inter bonum et malum tenētur semel in anno. s. in quadragesima confiteri ex statuto consilii generalis quod ponitur extra de pe. et re. c. Omnis vtriusq; sexus. Et contra transgressores illius statuti ponitur ibidem talis pena. s. ꝙ ipsi viuentes ab ingressu ecclesie arceantur: et morientes xp̄ana careant sepultura. Et huius sacratissimi ac saluberrimi consilii potest esse triplex ratio. Prima fuit vniuersalis indigentia. omnes enim peccauerunt (vt dicit ap̄ls) et egent gr̄a dei. Non est eīn qui faciat bonum & non peccet. vt dicit sapiens. Ideo quilz dz deum glorificare confitendo se esse pctōrem qui eīn confitetur se esse pctōrem deuz glorificat ostdens se dei mīa & gratia indigere. Scd̄a ratio est sacre cōionis reuerentia. Cum eīn omnes teneantur in pascha cōicare vt digne et munde possint accedere ad tm̄ sacr̄m oportuit premitti remedium purgationis & lotionis pc̄ti que fit in con

not

fessione. Tercia rō fuit discretio gregis dñici ne. s. lupi abscō derentur in grege qui manducarent agnos. Ideo statutum est vt rectores ecclia℞ agnoscerent vultum ouium sua℞ ne heretici sub pelle innocentie maliciā suam palliarent. Ideo oēs quicūqꝫ ⁊ cuiuscūqꝫ cōditionis sint tenentur semel in anno cōfiteri. alias pctāt mortalit: ⁊ dñt pena suprà dicta puniri. Sed pone aliquis est qui nō hꝫ conscientiā de aliquo pctō mortali sꝫ solum de venialibus: sed hō non tenetur pctā venialia confiteri ergo ad minus talis non tenet̄ confiteri. Dico sine preiudicio ⁊ saluo meliori iudicio seu consilio ꝙ aliquis potest teneri ad confessionem propter duo. Uno modo propter vinculum pcti. alio modo propter vinculū precepti. Pctā venialia non tenetur q̄s confiteri ꝑpter vinculū pcti: cum possint sine cōfessione dimitti: tñ sunt cōfitanda ꝑpter preceptū quo tenetur q̄lꝫ cōfiteri semel in anno qñ. s. cōfitēs nō hꝫ nisi venialia vnde si haberet mortalia que confitere nō teneretur de necessitate venialia confiteri. de hoc tñ infra magis late dicetur. Alteri⁹ pone ꝙ aliquis est ita attentius circa diuina ꝙ nō hꝫ remorsum cōsciē de aliquo pctō nec mortali nec venialia: an iste tenetur confiteri vel non. Si non: tunc nō oēs tenentur ⁊ obligantur ad confessionē. cui⁹ cōtrariū dictum est. Si autē tenetur ⁊ non habeat ꝯsciam de aliquo pctō nec veniali nec mortali. tunc tenetur ad confitendū et dicendū cōtra cōscientiam suam ⁊ ita mentiri: qđ nefas esset dicere ergo ad min⁹ talis non tenetur confiteri. Dico ad hoc ꝙ cum sapiens dicat ꝙ septies in die cadit iustus impossibile credo secundum statum viatoris ꝙ aliquis habens intellectum ⁊ vsum rōnis transeat vnā diem vel vnā septimanam sine remorsu alicui⁹ pcti venialis ꝙ autē totum annū transeat hoc habeo magis pro impossibili, nec credo ꝙ vnq̄ istud donum fuerit collatum alicui sancto nisi xp̄o et marie virgini eius genitrici nec credo ap̄ls hoc donum habuisse qꝛ venialiter peccauerunt vt dicit gre. et aug. in li. de natura et gratia. Si omnes sancti et sancte adhuc viuerent et interrogati essent vtrum sine pctō forent omnes vna voce dicerent. Si dicimus ꝙ pctm non ha

notᵉ

notᵉ
Augu

bemus nosipsos seducimus et veritas in nobis non est. Excepta btā virgine de qua cū de pctis agitur ppter honorē filii dei nullā prorsus volo cōionē haberi. Et apls.i.ad thi.iii.e. Res pene contra naturā est q sine pctō aliquis sit. iō hō qntūcunqz sit perfectus dz cogitare corde et confiteri ore se esse pctōrem. qz vt dicit gre. Bonarū mentium est ibi culpā vereri. i. timere vbi culpā nō est. de obser. iein. ca. Consilium. Vñ de cōi lege tenentur oēs ad cōfessionem. Et si deus de specialissima gratia daret istud domū alicui q nec mortaliter nec venialiter peccaret / credo q adhuc vt nō contenneret preceptum ecclesie: talis deberet psītare se suo confessori. non qz diceret se pctōrem: qz mentiretur: sed deberet dicere. Dñe non habeo cōsciam de aliquo pctō: tñ ppter preceptū ecclesie presēto me vobis. Sicut dixi supra q sanctificatus in vtero deberet recipere sacramētū baptismi licet nō habeat peccatū originale.

¶ Ca. iii. de tempore quo quis tenetur ad cōfessionē.

Teste sapiente. Omnia tps hñt. ideo nūc videndū est de tpo quo facienda est confessio. scz vtrum faciēda sit statim cū hō peccauerit vel possit differri vsqz ad tps statutum in decre. Omnis vtriusqz sexus. s. vsqz ad quadragesimā. Ad huius ergo euidentiam sciendum q nos possumus loqui de confessione. vel qntum ad propositum interius. vel qntum ad verbum exterius si primo modo sic dicūt cōiter omnes doctores tenetur quis proponere confiteri qñ tenetur primo de cato cōteri. et quia sine proposito cōfitendi et satisfaciendi non dimittitur peccatum in contritione et dico q tenetur primo conteri qz sicut dictum est supra semper et qncito occurrit memoria de peccato tenetur hō dolere et conteri de eo modo quo dictū est supra lz etiam fuerit ipm confessus tñ ex quo legitime esset ipsum confessus non tenetur ipsum iterum confiteri de hoc tamen magis dicetur infra quando agetur de iteratione confessionis. qñ agitur statim cum homo aduertit se peccasse mortaliter tenetur conteri ideo tunc tenetur proponere confiteri sed si loquamur de confessione actuali scz quando homo tenetur actualiter cōfiteri. In ista materia sentiunt diuersimo

de doctores: quidã enim dicunt indistincte ꝙ quantumcunqꝫ aliquis peccauerit non tenetur cõfiteri ante pascha sed bene tenetur conteri ⁊ esse in proposito confitendi. ⁊ fundant intẽtionem suam ex duobus. Primo qꝛ preceptum de confitendo est affirmatiuum et iõ non obligat nisi pro loco ⁊ tempore determinatis tp̃s autem determinatum ab ecclesia est quadragesima ideo nullus immo nec in tali seu etiam in pẽthe. p. c. Seculares de consecra. di. ii. ⁊ c. Omnis hõ ⁊ ca. Si non frequenti: tenetur añ. xl. confiteri nisi esset in periculo mortis. Secundo qꝛ actus confessionis non est necessarius ad iustificationem. qꝛ per contritionem est iustificatio ⁊ ita confessio solum est necessaria ex precepto ⁊ obligatione ecclesie sed ecclesia nõ exigit ante pascha nisi periculum mortis immineat ergo ante illud tempus nemo tenetur confiteri nisi in periculo mortis. Alii dicunt ꝙ petõr existẽs in petõ mortali tenetur statim quando habet discreti ⁊ idonei confessoris copiam et peccati commissi memoriam confiteri peccatum suum nec obstat illa decre. Ois vtriusqꝫ sexus quia illa decre. non dicit ꝙ vsqꝫ tunc differatur sed ꝙ nõ expectetur vltra. si ecclesia ꝓhibet ne quis vltra annum remaneat in excommunicationem non tñ dat licentiam remanandi vsqꝫ ad illam horam. Item illa decre. fuit edita non pro negligentibus sed contra negligentes. Sed anteꝙ ipsa esset edita peccator tenebatur confiteri statim quando offerebat se oportunitas ergo videtur ꝙ sic teneatur post eius editionem. Que istarũ opinionum sit verior fateor me nescire tamen dicere sicut prima dicit videtur michi periculum dicere autem sicut secunda videtur michi durum. Sctũs vero thomas in quadem q. de quolibetis ponit aliquos casus in quib⁹ tenetur existens in peccato mortali statim confiteri. Primus est qñ est in infirmitate de qua imminet sibi periculum mortis et iste casus colligitur ex his que dñr extra de pe. ⁊ re. c. Cum infirmitas. Secũdus casus est qñ habet facere aliquid de quo imminet sibi periculum mortis lꝫ pro tempore illo sit sanus sicut qñ hꝫ transire mare vel viam longam facere vel pugnare vel aliquid tale. Ter-

eius cas⁹ est si hz facere aliquid quod extrā in pctō mortali nō potest facere sine peccando mortaliter sicut si hz dicere missā vel recipere aut ministrare aliquod sacramentum ecclesie. Quartus casus est qñ cōmisit aliquod peccatū de quo curat⁹ suus non pōt eum absoluere ⁊ timet ꝙ tpe statuto non possit hrē copiam idonei confessoris. Quintus casus est qñ conscia sua dicta sibi statim esse confitendū qꝫ aut tenetur deponere eam aut facere secundū eam cum nō sit errones sed salubris Drēs enim dicunt ꝙ licet non sit necessarium statim confiteri est tñ multum congruū. Iuxta dictum sapientis dicētis. Nō tardes conuerti ad dñm et ne differas de die in diem subito enī veniet ira illius ⁊ in tpc vindicte disperdet te. Notandū ꝙ Ray. ponit in summa sua quinqꝫ rōnes ꝓpter quas multū vtile est et congruum statim confiteri. Prima est propter incertitudinem hore mortis vnde dñs in euangelio. luce. xii. ve/niet dñs serui illius in die quo non sperat et hoc qꝫ nescit et partem eius cum infidelibus ponet. Item diuiti petenti sibi longam vitam fuit dictum. Stulte ac nocte demones repetēt aiam tuā a te ⁊ ea que aceruasti cuius erunt. Secunda autē causa est: qꝫ morans in pctō semper accumulat pctm pctō: et per consequens penam pene. vnde apls ad ro. ii. ca. an igno/ras qm̄ begnignitas dei ad penitentiam te adduxit. scd̄z aūt duriciam tuam ⁊ impenitens cor thesaurizas tibi iram dei in die tribulationis ⁊ reuelationis iudicii dei qui reddet vnicuiqꝫ secundū opera sua. Et osee. iiii. ca. dr. Maledictum mendacium furtum ⁊ homicidum inundauerunt ⁊ sanguis saguinē tetigit id est peccatum adducit aliud pctm. vñ gre. Peccatuz quod per penitētiam nō diluitur mox pondere suo ad aliud tragit extra. tertia causa est qꝫ quanto maiorem moram fecerit quis in pctō tanto magis elongabitur a deo et per conse/quens tanto difficilior erit conuersio. Iuxta id quod cōmuniter dicitur in ouidio de remedio amoris. nec de venturas differ in horas. Qui non est hodie cras minus aptus erit. et ouidius. principiis obsta cito medicina paratur cū mala per lō/gas conualuere moras. et psal. lxxii. Domine qui elongāt se

a te peribunt. quarta causa est quia magna et angustia egritudine vix pōt aliquis bñ penitere seu etiam de pctīs cogitare vnde hiero. Cum egritudine oppzimeris vix potest aliud cogitare q̄ quod sentis et illi reparitur intentio mētis vbi est vis dolozis. multa enim (vt ait aug) tunc incurrunt impedimenta. Nam mozibus viget/pena tenet/filii/vxoz mundus et quos illicite dilexit eum ad se vocāt. de pe. di. vii. tene ergo certum et dimitte incertum. i. pn̄iam age. et confitere dum sanus es, et non differas vsq ad infirmitatem. iuxta consilium sapientis dicentis. viuus et sanus confiteberis. quinta causa est quia nisi peccatoz in vita sua audierit deum clamantem q̄ confiteatur et faciat penitentiam clamabit postea ip̄e ad dominum et non exaudietur. Exemplum de diuite epulone qui in inferno sepult⁹ est: qui etiam pzo vna sola gutta aque nō est exauditus propter qd̄ non est differenda vel tardanda cōfessio sed est multum congruum et vtile statim confiteri. Ricardus autem in quarto suo super sen. loquens de hac materia dicit q̄ aliter sentiendum est in isto casu de religioso et aliter de laico. nam religiosus ante totum tempus vite sue sit sibi tp̄s pn̄ie habita copia sacerdotis idonei si peccauerit moztaliter credo q̄ statim sine moza tenet cōfiteri. Et intelligit sine moza sicut recta rō ozdinabit. laicus vero rōnabiliter potest expectare tēpus. xl. quod est tempus pn̄ie vnde cum illud tp̄s sit magis laicis oppoztunum ad confitendum et satisfaciendum si expectant illud rationabiliter, audeo iudicare q̄ non peccant dum tñ pzoponant firmiter confiteri tunc tp̄is. De clericis autē non audeo iudicare consilium aūt laudo q̄ oēs qui cadunt per pctm̄ moztale ɔfiteantur statim cū possunt. non enim videtur vere cōtritus qui tandiu vulnus pctī poztat occultum. Verba sunt ricardi. Quidquid de ista materia credo q̄ casibus quos ponit sanctus tho. de necessitate tenetur quilibet statim habita oppoztunitatem confiteri. Credo etiam q̄ consilium ricardi sanū est et salubze et dz exequi cum diligentia et virtute.

¶ Ca. liii. cui est facienda confessio.

Quoniam ille cui facienda est confessio sacramētalis opꝫ
ꝙ habeat claues videndum est primo de clauibus. Pro
quo notandum ꝙ hoc nomē clauis translatum est a corpora
libus ad spūalia. Clauis enim in corporalibus est instrumē-
tū ad remouendum aliquod obstaculū qđ impediebat ne pos
set bene haberi aditus ad domū sic etiā in spūalibus illud qđ
remouet pctīm mortale quod est obstaculū ad ingrediendum
ecclesie vocatur clauis et ista clauis est triplex. Nā quedā est
auctoritas ⁊ istam hꝫ solus deus de qua claue loquebātur iu
dei dum dicebant. Quis potest dimittere pctā nisi solus deus
quasi dicerēt nullus: ⁊ hoc verū est auctoritatiue. Alia est cla
uis excellentie ⁊ hanc solus habet xp̄s hō. Et de hac claue lo-
quitur isayas in persona dei de xp̄o dicens. Dabo clauem da-
uid super humerū eius. Et dr̄ xp̄s hō hr̄e clauē excellentie in
q̄ntum per passionem suam ipse satisfecit ꝑ pctīs nr̄is. ⁊ non
solum ꝑ nr̄is: sed pro pctīs totiꝰ mundi. vt dicit btūs iohan.
⁊ hoc est quantum ad efficaciam ⁊ sufficientiā. Uel dicit hō
xp̄s habere clauem excellentia inquantū effectum sacramen
toꝝ potest dare sine sacramentis. Tercia est clauis ministerii
et istā clauē hn̄t sacerdotes. ⁊ datur eis in collatione ordinis
sacerdotalis. Et de ista dictuꝫ fuit beato petro. Tibi dabo cla
ues regni celorum. et de tali claue loquitur hic. Sciendū er-
go ꝙ duplex est clauis ministerii. Una est scientia discernen-
di. alia ptās soluēdi atqꝫ ligādi. De scientia aūt discernendi
quomodo est clauis ⁊ quomodo non: et si est alia clauis secū-
dum rem a potestate ligādi et soluendi est magna diuersitas
inter doctores theologos. ideo nūc nichil dico de ista materia
presertim cum papa dn̄s iohannes quodāmodo loquens in
quadam sua extrauaganti que incipit. Quia quorundam fa
ciat mentionem de ista diuersitate doctorum et nichil super
hoc determinet. vnde ex quo reliquit indeterminatum teme
rarium esset aliquid diffinire. Istud tn̄ firmiter est tenendū
ꝙ iste claues dantur cuilꝫ sacerdoti in sua ordinatione. Sed
non possunt exire in actum donec sacerdos habeat materiam
in qua ligat: et hoc vel per cōmissionem cure animarū sicut

habēt archiepi ꝛ omnes habentes curam aiarum vel per pri uilegium sicut habēt fratres predicatores ꝛ minores vel alii qui priuilegiis dñi pape vel epōrum possunt predicare ꝛ con fessiones audire. Ex his ergo patet cui facienda est confessio sacramentalis ꝛ dico sacramentalis ad excludendum confes sionem cōsiliatiuam siue directiuam quando scz peccator cō fitetur alicui peccata sua non vt eum absoluat:sed vt eum su per illo consulat ꝛ ille eum dirigat:quia talis potest fieri cui cunq̧ hoi qui eum pōt iuuare vel consulere orādo vel instru endo.sed loquendo de confessione sacramentali que fit ꝓpter absolutionem dico ꝙ ex predictis due patēt exclusiones. Pri ma est confessio sacramentalis est facienda sacerdoti et non alii.i.non potest fieri nec debet nisi hñti claues iste est sol⁹ sa cerdos cuius rō est quia absolutio fit virtute clauium ita ꝙ nullus potest absoluere i foro pnie nisi habeat claues cū cla nes ordinentur ad absolutionem. Istud tñ melius dicetur in fra qñ agetur de ptāte clauium/sed nullus habet claues nisi sacerdos cum claues dentur in collatione ordinis sacerdota lis ergo confessio sacramentalis non potest nec debet fieri ni si soli sacerdoti. Et ita dicit aug. ꝛ ponitur de pe.di.vi. Qui vult confiteri pctā sua vt inueniat gratiam querat sacerdo tem. Secunda conclusio est ꝙ confessio facienda est proprio sacerdoti.lz enim vt dictum est omnes sacerdotes habeāt cla ues nō tñ habeant materiam id est parrochianos in quā pos sint exercere vsum clauium . sed solum illi quibus commissa est regulariter cura animarum regulariter qui habet vsum ptātis respectu illorum scz hoim quorum cura est eis commis sa. Et iō solum talibus est confessio facienda ꝛ tales sunt pro prii sacerdotes.ergo propriis sacerdotibus est facienda con fessio. Sed posset aliquis dicere quis est proprius sacerdos. Aliqui dicunt ꝙ proprius sacerdos est parrochialis sacerdos qui habet ministrare sacramenta ecclesiastica.et ꝙ isti facien da est confessio. Et videtur dictum istorum fundari in ratio ne ista. Illi dz fieri confessio qui hz ministrare sacramētum eucharistie ad hoc enim est datum preceptum de confitendo

Augustinus

in quadragesima vt fideles digne accederēt ad sacrm eucha
ristie in pasche. Cū ergo sacerdos parrochialis sit obligatus
ex officio suo ministrare parrochianis suis sacramentū eucha
ristie. ideo oēs parrochiani sui de necessitate ad minus in. xl.
vel pascha tenentur ei confiteri. Et ista videtur intentio illi=
us decretalis. Dis vtriusqz sexus. Et illius de pe. vi. Patuit.
Etiam videtur de intentione sacre scripture in veteri testa=
mento vbi dr̄ puer. xii. Digenter agnosce vultū peccoris tui
scdz glo. vultus peccoris est ꝯscia ill⁹ que non pōt agnosci ni
si per confessionē. ergo opz ꝙ ille qui hz curam aiaꝝ agnoscat
confessionē qd non pōt fieri nisi audiat eam hoc idē videtur
dicere scriptura in nouo testamento. ad hebre. c. ii. Serui, obe
dite per oia pꝛepositis vestris. Ipsi em̄ peruigilant quasi red
dant rōem pꝛo aiabus vr̄is. Si ergo ille qui hz curā tenetur
reddere rōem pꝛo aia subditi videlz necessario ꝙ sciat statutū
ipsius anime subditi qd non pōt fiere nisi audiat confessionē
illius quare opz ꝙ quilz subditus confiteatur curato suo. Alii
distinguūt de pꝛopꝛio et dico ꝙ pꝛopꝛium duobus modis dr̄.
vno modo dr̄ scdm ꝙ distinguitur contra cōe. modo dicunt
isti ꝙ quilz tenetur confiteri ꝓpꝛio sacerdoti scdz ꝙ pꝛopꝛium
opponitur alieno non aūt scdm ꝙ opponitur cōi. Nā cōstat
et certū est ꝙ si aliquis confessus esset pctā sua dn̄o pape/ ar=
chiepo/ vel epo suo fatuū esset docere ⁊ temerariū ꝙ tenetur
illa eadem pctā confiteri suo perrochiali curato cum ergo isti
qui predicant ex pꝛiuilegio et audiunt confessiones sunt vica
rii dn̄i pape et epoꝝ iō confessi eis non tenentur iteꝝ confite
ri suo sacerdoti parrochiali cū tales sunt quasi penitentiarii
particulares. Et iō sicut confessi penitenciariis dn̄i papa vel
epoꝝ non tenentur iteꝝ confiteri curatis suis ita nec confessi
illis. Et ita hodie determinatū est per dn̄m iohannē papam
xii. in quadā decretali siue extrauagāti sua que incipit. Vas
electionis. Istud etiam videntur de intentione illius decre=
talis bonifatione. Super cathedram. que ponitur extra de se
pulturis. Et de pe. et de re. in constitutionibus dn̄i clementis
c. Dudū a bone. vbi dicitur ꝙ fratres pꝛedicatoꝛes et mino

res tñ hñt de ptãte in confessionibus audientis q̃tum parrochiales sacerdotes de iure noscuntur hře. Sed confessi parrochialibus sacerdotibus nõn tenentur iterũ confiteri ergo nec confessi illis. Et scd̃m istam viã illa decretalis. Omnis utriusq; sexus. Loquitur de sacerdote proprio put pprium distinguitur cõtra aliũ non aũt pront contra cõe et est sensus q̃ cõfiatur proprio sacerdoti. i. non alie no. Quicquid sit de hoc tñ si illi qui audiunt confessiones ex priuilegio dñi pape inducerent sibi confitentes ad confitendũ semel in anno suis curatis bene facerent. et ad hoc inducuntur in decre. dñi benedicti. xi. qui fuit de ordine predicatorũ que incipit. Inter cunctas Et tenentur ad hoc qz lz illa decre. sit reuocata inq̃tum contrariatur decre. bonifaciane que incipit. Super cathedrã. nõ tñ quadtũ ad ea que continet equitas rõnis est reuocata.
Sed nunquid parrochialis sacerdos põt absoluere parrochianum suum de omĩ peccato. Dicendum q̃ Ray. in sũma sua ponit quinq; casus de quibus sacerdos parrochialis non potest se intromittere nisi specialiter fuerit sibi cõmissum. Primus est qñ est solemnis penitentia peccatori iniungenda. Secundus est qñ peccato annexa est excõicatio. Tercius est qñcunq; inuenit irregularitatem contractam. Quartus est de incendiariis. Istis aũt quattor casibus addit hostien. alios tres casus ita q̃ sic sunt septem Unde quintus casus est de publico blasphemo. Sextus casus est de falsariis litterarum domini pape. Septimus casus est si sit consuetudo in epyscopatu q̃ aliqua certa crimina ad epyscopum reseruentur: sicut obtinet consuetudo in plerisq; locis et episcopatibus de homicidio/sacrilegio/sortilegio/falsario et de violatoribus immunitatis ecclesie/sodomitis/incestuosis/periuriis: et aliis enormis peccatis criminibus que epyscopi sibi retinent secundum quod eis expediens videtur de quibus certa regula dari nõ potest: sed vnusquisq; presbiter curatus habeat synodale suũ cũ quo se dirigat ĩ ista materia. dominus guillarmdu. in repertorio suo dicit q̃ ponere tot casus non est nisi au

ferre presbiteris curatis potestatem suam cum possunt oia de iure que non sunt eis phibita expresse hoc probat. ca. Nuper de sen. excō. ante finem. Notandum qꝫ ray. in sūma sua ponit sex casus in quibus vnus sacerdos parrochialis pōt absolue re ꝛ audire confessiones subditoꝝ alterius sacerdotis. Prim⁹ est qñ ille extraneus deliquid in parrochia sua. Secundus si mutauit domicilium sicut est de scolaribus studentibus parisius. vel alibi. Tertius si sit vagabundus sicut sunt isti pau peres vagabundi per mundū. Quartus qñ aliquis hꝫ sacer dotē impedimentū vel maliciosū et aino insufficientē ꝛ vult ire ad magis peritū ꝛ sufficentem qui sibi consulat ire pōt ad eū petita tñ prius ꝛ obtenta licentia a ꝓprio rectore vel sacer dote ꝛ sacerdos tenetur eam sibi dare. Quint⁹ casus est si ali quis volens facere longū iter. vt pote ire ad sctm̄ iacobū vel aliā quācunqꝫ peregrinationē siue locū petita licentia a cura to suo qꝫ possit in itenere confiteri qꝫ tunc quilibet qui pōt au dire confessiones poterit eius confessionē audire. Sextus ca sus est qñ pctōꝛ est in articulo necessitatis : qꝫ in isto casu po terit cuilibet confiteri. In aliis autē casibus prefatis non pōt confiteri nisi potenti audire confessiones vel ex cōmissione vl' ex priuilegio. Sꝫ quid fiet de militibus et nobilibus siue qui buscūqꝫ aliis qui hñt domicilia diuersa in diuersis parrochiis Et vnā partē anni morantur in vno domicilio: ꝛ per aliam in alio. cui confitebuntur isti. Dicendū qꝫ talis confiteri dꝫt illi curato in cuius parrochia habent principale domiciliū vl' in cuius parrochia morantur per maiorē partē anni. Sed po ne hec est vna mulier fragilis ꝛ ad pctm̄ prona que timet de cu rato qui est leuis et lubricus qꝫ si confiteatur ei ne solicitet eā de peccato vel qꝫ reuelet eius confessionē nunquid ista confi tebitur ei. Dico qꝫ si timeatur verisimiliter vel probabiliter de istis vel de aliquo istorū debet petere licentiā curato suo qꝫ cōfiteantur alii vel si potest hr̄e copiā superioris sicut epi vel penitentiarii vel alicuius religiosi hñtis potestatem audien di confessiones ꝛ confiteatus ei. Sed quid si forte ista nō pōt hr̄e copiam alicuius istoꝝ et curatus est ita maliciosus qꝫ non

vult sibi dare licentiam confitendi alteri quid faciet ista per
sona: dico si timet de sollicitudine cōmendet se deo orando ꝙ
eam eripiat a tentatione ⁊ donec sibi virtutem et constantiā
resistendi et confiteatur in loco publico et de⁹ (teste apostolo)
neminē temtare permittit vltra id qđ pōt: sed faciet cū tētati
one ꝓuentum et adiuuabit eam et sic non cōmouebitur. In
casu aūt ꝙ timeret de reuelatione confessionis credo ꝙ si ti-
mor esset iustus et rōnabilis: non leuis: vel fatuus ꝙ sine licē
tia sua si ipse eā negaret ius concedit sibi. s. vt alteri hñti ptā
tem audiendi confessiones possit confiteri ita tñ ꝙ sit in pro-
posito ꝙ si hēret curatū sufficientem confiteretur ei. Sicut est
ille qui contrahit sponsalia vel mrm̄ apponendo conditionē
ihonesta cōtra substantiā matrimonii priuatur iure matrimo
nii vt dr. xxii. q. iiii. inter cetera. xxxii. q. ii. aliqñ solet queri ex-
tra de. condi. oppo. c. iii. de spon. ca. fi. Ita sacerdos nō seruās
ea que sunt de substantia confessionis immo faciens cōtra ea
est priuatus iure qđ hēbat in audiendo confessiones. Cū er-
go tenere secretum sit de substantia confessionis q̃tū ex perte
confitentis in confessoris sacerdos reuelans confessionem est
priuatus iure qđ hēat in audiendo confessiones ⁊ iđ si timea
tur iuste ⁊ rōabilit ꝙ iste curatus reuelabit confessionē null⁹
tenetur confiteri sibi. ver꜠ est ꝙ istu rō nō concludit nisi con-
tra eū qui iam reuelauit confessionem et non contra eū qui
reuelaturus est. s꜡ ad hec facit sequens rō. scđm eni beatū her.
quod pro caritatie institutum est contra caritatem militare
non dꝫ. sed confessio est instituta pro caritate qua quilibet te-
netur se dirigere ad honorem dei eum glorificando et se hui-
liando et eum sibi reconsiliando ergo non tenetur militare
contra caritatem eum prodendo et diffamādo qđ fieret si hō
teneretur confiteri illi de quo iuste ⁊ rōabiliter timeretur seu
presumeretur ꝙ reuelaret confessionem. vñ aug. ad quemdā
eum hortando ad confessionem et penitentiam dicit. non di-
co tibi vt te prodas. sed si aliquis scienter confiteretur alicui
qui confessionem reuilaret proderet se. ergo non debet sibi cō
fiteri. Sed pone proprius sacerdos est hereticus vel scismati

petrare luxuriam ⁊ incurrere odium dei ꝙ a luxuria abstine re vel abstrahere. Amor presentis seculi ⁊ horror futuri iudicii est quando luxuriosus intantum delectantur remanere in luxuria quod vellet hic semper manere ⁊ viuere nec curat de eterna vita. Luxuria est appetitus inordinatus circa delectationem veneris: et habet sex species. Prima est peccatum contra naturam. scz quando fit modo quo non conuenit generationi humane. Fornicatio generaliter est omnis concubitus soluti cum soluta extra legem matrimonii. Adulterium est concubitus sanctus in matrimonio quando. s. vterque est matrimonio coapulatus vel saltem alter eorum. Incestus est concubitus cum sanguineo. Stuprum est defloratio virginis. Raptus est quando mulier rapitur contra voluntatem parentum suorum. Et notandum quod omnis concubitus factus contra legem matrimonii est peccatum mortale quia contra legem nature contra preceptam dei et contra iusticiam proximi. Similiter omnis tactus impudicitis factus cum intentione prouocandi ad actum luxurie est mortale peccatum: vel saltem causa peccati mortalis. ¶ De pestifera radice ire pullulant sex rami. scz rixa/timor mentis/contumelia/clamor/indignatio/blasphemia. Ira est motus sanguinis circa cor propter appetitus vindicte. Unde sciendum quod ira quandoque est virtuosa nec est peccatum. quando scz appetitus vindicte est secundum debitum ordinem iusticie ⁊ cum caritate. quando homo querit correctionem peti ⁊ non vindictam propriam nec nocumentum proximi sed solum offense culpe querit vindictam ⁊ talis vocatur zelus. Quando autem talis appetitus vindicte est ad vindicandum propriam iniuriam ⁊ ad nocendum proximo. talis iam est peccatum: et non licet homini talem vindictam accipere nisi habenti auctoritatem. Est autem peccatum mortale quando talis appetitus vindicte est inferendi aliquod nocumentum quia est contra caritatem proximi: sed prout est motus sensualitatis preueniens rationem ⁊ indeliberatus sic est peccatum veniale. Indignatio est quando iniuriantem sibi despicit in corde suo et indicat eum indignum ⁊ despiciendum considerans defectus eius. Tumor mentis est quando homo iratus quasi inflatus cogitat viam et modum nocendi ei qui fecit sibi iniuriam. Blasphemia

est locutio cōtra deum eo q permittit sibi talem iniuriam fi-
eri vel euenire. Clamor est locutio iniuriosa contra proximū
sine expressione determinate iniurie et hoc in euangelio vo-
catur racha. i. subsannationis signum. Contumelia est locu-
tio contra proximum cum expressione iniurie puta cuz aliqs
vocat ex ira alterum latrone vel homicidam & similia. Rixa
est quantum ad iram in opere exteriori: sez verberatio absci-
sio vulneratio et similia. ¶ De voraci radice gule nascū-
tur quinq3. s. inepta leticia scurrilitas immundicia multilo-
quium ebetudo sensuū. Gula est appetitus inordinatus & im
moderatus comedendi vel bibendi contra regulam recte ra
tionis. s. sumendo plus de cibo & potu q̄ nature conueniat et
complexioni hois sumētis & conseruationi eoꝝ inter quos ha
bitat. sciendum tñ q gula nō est pctm̄ mortale ex natura sua
nisi in duobus casibus / vnus qñ propter timorem vel amo-
rem dei non retrahit se a pctō gule sed intantium appetit ci-
bum & potum q non traheretur etiā propter preceptum diui
num. Secundus qñ homo inebriat se libenter in tali statu q
nescit se regere. et tunc gula est pctm̄ mortale. Ebetudo men
tis est abstratio intellectus circa speculabilia agibilia ꝓpter
nimiam sumptionē cibi et potus. Inepta leticia est deordina
tio voluntatis circa delectationem cibi & potus qñ scilicet ho
mo vage & incompolite circa talia nimis & superflue letatur
multiloquium est quando homo superflue et nimis verbis
incompositis et rachinationibus de ordinat se. Scurrilitas
est quando homo se inordinare ad exteriores actus ad modū
ioculatoris h3. Immundicia est vomitus sequens ex inordi-
nata comestione vel potu: vel etiam pollutio seminis prone-
niens ex repletione nimia. De sicca radice inuidie nascuntur
quinq3 scilicet odium susurratio detractio exultatio in aduer
sus proximi et afflictio in prosperis eius. Inuidia est tristicia
de bono alterius inquantum impedimentum est proprie ex-
cellentie. Odium est velle malam alicuius & per hoc bonum
proximi diminuere. Susurratio est diminutio fame alteri⁹ per
verba occulta et non exprimentia manifeste maliciam seu in

famiam eius detractio est alterius per verba manifesta infa matio tm̄ in absentia eius. Derisio est vilipensio dictorum vel factorum alterius ludibrio et risu. Exultatio in aduersis pro ximi est cum aliquis gaudet de aduersitate et dāno proximi. Afflictio in prosperis est dolor et displicentia de bonis et pro speritate aliorum quam non potest impedire. ¶ De radice neq̄ accidie procedūt sex. s. malicia rancor pusillanimitas de speratio torpor circa precepta, vagatio mentis ergo illicita.
¶ Accidia vel pigricia est tedium seu fastidium diuini boni . s. qn̄ homo non habet deuotionem bonam nec delectationē in amore dei. sed tedium magis ꝛ fastidium in mentalem re cessum. Et istud rēpugnat caritati quam quamlibet hō tene tur habere diligendo deum super oīa ꝛ delectabili amore te netur ei inherere. et causatur talis pigricia ex rebellione car nis ad spiritum. Vagatio mentis circa illicita est qn̄ aliquis non inuenit delectationem in spiritualibus et vagat delecta tionibus carnalibus et querit et puta nimis ludendo nimis iacendo. Desperatio est recessus a bono diuino cui firmiter est inherendum. Torpor circa precepta est propter accidiam negligere et contennere dīna precepta que sunt facienda de necessitate salutis. Rancor est indignatio quam homo piger hꝫ cōtra illos qui monent eū benefacere dicere illa que tenet benefacere. Malicia est odium ꝛ indignatio quam hō piger habet contra illos qui docent pigros habere spiritualia bo na inquantum impediunt a delectationibus corporalibus.
Tepiditas et paruus amor dei et preceptorum eius. Molici es est qn̄ homo piger non vult sustinere quancunq̄ penitan tiam propter amorem dei nec facere aliquod bonū ad qn̄ te netur. sompnolentia est sōni nimietas ad modum brutorum ꝛ pigricia ad surgendum: ad bn̄faciēdum illa q̄ tenetur facere et qn̄ tenetur ea facere. Pusillanimitas est boni ardui qd̄ ca dit sub consilio puta tarde confiteri tarde penitentiā facere Ociositas est cessatio a bono opere quod tenetur homo facē re et qn̄ tenetur facere ꝛ attentio ad inutilia et nociua. Et vl tra sex ramos vel filias istius accidie superaddite sunt quat

tuoꝛ que dicte sunt multum facientes ad declarationē mate-
rie. Iste igitur sunt septem radices cum ramusculis suis que
in vniuerso sunt quadraginta tres ꝛ sic ipsis computatis cū
septē radicibus erunt in toto quinquaginta. de quo quinqua
generario dicit helyas propheta. Si seruus dei sum descen-
dat ignis de celo ꝛ deuoꝛet te et quinquagenerarios tuos ita
dꝫ dicere confessoꝛ confitenti. si pro qꝫ seruus dei sum qꝫ lo-
co dei sum descendat ignis de celo. i. ignis spūsancti descēdat
in aīam tuam et deuoꝛet te i. veterem hoīm alias errantē et
quinquagenerarios tuos. i. radiceꝫ ꝛ ramos. ¶ Nunc ergo
videndum est quomodo sacerdos debet interrogare de istis
Si enim peccatoꝛ per se. vel ad interrogationē sacerdotis cō
fiteatur de superbia dicendo peccaui peccato superbie. sacer-
dos debet interrogare de modo dicendo per quē modum fui
sti superbus. Fuisti vnꝗ inobediens mandatis superioꝛum
tuoꝛum sicut ecclesie vel prelati. vel parentū tuoꝛum vel dñi
vel magistri. et hoc scđm cōditionē persone que semper debet
inspici. Si dicat ꝙ sic. interroget quibus mandatis quō quo
ttiens / quare / qñ et vbi. que circunstantie. vt dictū est supra:
in omnibus pc̄tis sunt attendende ꝛ considerande. Deinde
interroget iactasti te vnꝗ de bonis a deo tibi collatis. siue sit
bona nature. sicut pulchꝛitudo foꝛtitudo aptitudo nobilitas
et similia siue sint bona foꝛtune. sicut sunt diuitie et denarii
vestes oꝛnamenta equi agri. possessiones ꝛ similia tp̄alia bo
na. siue sint bona grē. sicut sapientia eloquentia. scientia vir-
tutes ꝛ similia dꝫ igitur cōfessoꝛ dicere. Fuisti vnꝗ elatus in
mente tua vel gloꝛiasti vnquam de foꝛtitudine pulchꝛitudi-
ne: aptitudine / nobilitate / diuitiis / sapientia / eloquentia /
virtutibus ꝛ ceteris bonis tibi a deo collatis: ita ꝙ non te hu
miliasti coꝛam deo ꝓ hmōi bonis quantum debuisti vel credi
disti hr̄e ista ex meritis tuis et nō ex mera grā. dei. vel ꝓpter
ista credidisti plus valere ꝙ alii ita ꝙ facta et dicta alioꝛum
contenneres ꝛ dedignareris eis esse equalis. si dicat ꝙ sic: inter
roget quotiens / et quomodo / et sic de aliis. Deinde interro-
get adhuc vtrum ad hoc vt cōmendareris et honoꝛareris pre

aliis fuisti vnquam ypocrita ita ꝙ exterius ostenderes sancti
tatem ⁊ bonitatem ⁊ interius retineres maliciam et iniquita
tem/si dicat ꝙ sic iterroget quotiēs quō.⁊c.deinde interroget
nunquid qꝛ non honorabaris vel promouebaris pre aliis in-
nouasti aliquā contentiones ⁊ discordias in ciuitate/villa/so-
cietate vel collegio:si dicat ꝙ sic interroget si mala fuerant in
de secuta qꝛ si sic:oīm illorum ipse est reus. Deide interroget
nunqͥd propter superbiā ne videaris superari ab aliis fuisti
pertinax in sustinendo contra varitatem ⁊ iusticiā.consilium
tuum ⁊ snīam tuam ⁊ verbū tuū.si dicat ꝙ sic interroget vtrū
aliquod damnū ist inde secutum qꝛ si sic ipse tenetur repara-
rare. Deinde interroget eum presūpsisti vnquā aliquid face
re quod excederet vires tuas statum tuum. ⁊ conditionē tuā
et tuorum / si dicat ꝙ sic interroget si fuerit inde aliquis les⁹
vel dānificatus: quia si sic ipse tenetur reparare.et sic ista ra
dix pessima superbie poterit euelli de corde pctōris. Eodem
modo dicendum est de radice auaricie quā si pctōr per se vel
ad interrogationē sacerdotis confiteatur de pctō auaricie in
terroget sacerdos de modo.dicendo fecisti vnquā fraudem vl
fallaciam vel dixisti vnquā mendaciū vel periurium in emē
do vel cōmutando vel aliquem alium contractum faciendo.
si dicat ꝙ sic interroget quā fraudem vel fallaciam:sed ipse sa
cerdos non specifiet eam illi. Illud enim habendum est pro
regula generali ꝙ in istis interrogationibus sacerdos nō de
bet descendere ad specialia pccā vel speciales circunstantias
pctōrum:qꝛ forte multi post tales interrogationes delinque-
rent quā ōsiderentur eis modi ⁊ maneries pctōꝝ quos ipsi ne
scirent cogitare.et iō semper interroget in gn̄ali dicendo (vt
dictum est) fecisti vnquā fraudē fallaciā. Et si dicat ꝙ sic: in-
terroget quā et quare et quib⁹ modis cōtra quos quotiens
et quibus casibus. Deinde interroget eum dicendo. Dimisi
sti vnquā propter auariciam tuā adimplere septē opera mie
et specificet illi ea dicendo. Vidisti vnqͣ esurientem cui non
dedisti manducare.et sic de aliis operibus mie de quibus di-
cetur infra in tercia parte huius operis. Si dicat ꝙ sic inter-

roget eum de circũstantia vt dictũ est. Circa etiam petm̃ auaricie interroget eum de ludo/furto/rapina/vsura. de quib⁹ aliquid dicetur infra. Circa fedissimam radicẽ luxurie. notandum ꝙ luxurie septem sunt species. Primo est fornicatio/secunda adulterium/tercia stuprum/quarta incestus/quinta raptus sexta sacrilegium/septima est peccatum contra naturam. Fornicatio est concubitus soluti cum soluta. Adulteriũ est alterius thori violatio. Stuprum est illicita virginis defloratio. Incestus est affinitatem vel consanguineorum abus⁹ Raptus est cum puella de domo parentum violenter trahitur. vt corrupta in vxorem vel concubinam habeatur. Sacrilegium prout hic sumitur est religiosoꝝ vel religiosarum vel promotorum ad sacros ordines concubitus. Peccatum ꝯtra naturam fit multis modis. Uno modo qñ non seruatur species. sicut qñ fit cũ iumento. Et istud peccatum vocatur bestialitas Et de hoc dicitur in lege moysi. Qui coierit cum iumento morte moriatur. Alio modo qñ seruatur species sed nõ sexus: sicut quando masculus cũ masculo vel femina cum femina. ⁊ istud vocatur proprie peccatum sodomiticum qꝛ isto modo sodomite laborabãt. ⁊ iõ crematimati fuerunt igne sulphureo. gen̄. xix. Et alie quattuor ciuitates perierunt propter vicinitatem eorum. de pe. di. i. Sed et continue. Alio modo qñ non seruetur vas debitum vel modus debitus licꝫ seruetur sexus sicut qñ vir abutitur vascule mulieris vel qñ non cognoscit eam modo naturali alio modo fit qñ idem est agens ⁊ patiens sicut qñ vir corrumpit seipsum vel mulier seipsã. Et vocatur istud peccatum moliciei. Unde dicit apl's. Neqꝫ molles neqꝫ masculorum. concubitores regnum dei possidebunt. Circa ergo istud maledictum pctm̃ luxurie cautissime debet sacerdos procedere ita qꝛ non nimis ad perticularia descendat qñ frequenter cõpertum est tam viros ꝙ mulieres per nimiam expressam noiationẽ et interrogationem criminum in pctã que non nouerant incurrisse. Unde si pctõr per se vel ad interrogationẽ sacerdotis dicat se peccasse pctõ luxurie sacerdos interroget eum vtrum sit solutus vel non ⁊ vtrum pecca

nit peccata fornicationis vel adulterii vel stupri vel incestus vel raptus vel sacrilegii vel pctõ contra naturam id est interroget eum si illa cum qua peccauit erat soluta vidua vel coniugata affinis consanguinea religiosa vel virgo et vtrũ illa habuerit per violentiam vel non. et istud sufficit si persona cõsitẽs est intelligẽs: sed si est persona simplex interroget sacerdos vtrum agnouerit eam modo naturali non tñ descendendo ad particularia. i. non interroget an cognouerit eam ante vel retro. et sic de aliis interrogationibus. Interroget etiam de numero personarum. i. si cognouit vnam vel plures tñ nõ interroget de noibus personarum. Interroget insuper de numero actuum. i. an semel vel bis vel plures. Interroget etiã de tempore. i. si tempore sacro. et etiam de loco. et quali tentatione peccauit. et vtrum. preueniens tẽtationem vel preuentus ab ea. et vtrum peccauit sponte vel coacte et qua coactione vtrum conditionali vel absoluta. et vtrum peccauit ex libidine vel ex paupertate. ? istud habet locum potissime in mulieribus. Et ita de multis aliis que magistra rerum experiẽtia docebit eum. Sed qr ista radix pessima luxurie extẽdit ita palmites suos ꝙ etiam cooperit lectos lege matrimonii coniunctos ¶ Sciendum ꝙ maritus peccare potest peccato luxurie multis modis etiam mortaliter cum vxore sua. qui modi continentur in his versibus. Quinqꝫ modis peccat cum coniuge sepe maritus. Tempore / mente loco / conditione modo. Tempore. i. si in tempore menstruorũ cognoscat eam qr si scienter hoc faceret peccaret mortaliter et in veteri lege mandabatur interfici. Sed quid de muliere menstruata nunquid peccat sicut vir. Dico ꝙ si vir tẽpore menstruorum petat debitum sibi reddi ab vxore ipsa debet ei inꝙtum potest persuadere ne petat dicendo se esse infirmam nec esse paratam tunc ad opus illud. non tñ debet dicere se esse in passione illa nisi constaret ei de constantia viri prudẽtia seu discretione eius. quia ipse possed tãtam abominationem cõcipere contra eam ꝙ dimitteret ipsam. Sed si constaret sibi de discretione ? prudentia viri posset ei reuelare. Et si ipse nolet desistere red-

dat sibi cum dolore tamen et amaritudine cordes. Tempore. i. si vxorem cognoscat temporibus ieiuniorū: vel diebus sanctorum: vel diebus communicationis: vel tempore puerperii. nō tamen credo ꝙ in isto casu sit peccatum mortale dum tamen non transgrediantur limites matrimonii. sicut dicitur statim licet sint monendi tempore tali ꝙ abstinant ab actu carnali. Et de hoc habetur. xxxiii. q. iiii. Sciatis. &c. sequente. Mente. i. intentione. potest enim vir accedere ad vxorem tribus modis. Uno modo vt generet ex ea prolem que sit ad dei seruitium et cultum. Alio modo vt reddat debitum quod ab ea exigitur. Et si cum tali mente ad eam accedat non peccat mortaliter nec venialiter immo meretur dummodo nichil aliud cōmitteret ibi. Alio modo causa concupiscentie carne. Et si talis concupiscentia maniet infra limites matrimonii. s. ꝙ nullo modo accederet ad iam nisi esset vxor sua / est solum peccatum veniale. Si autem ista concupiscentia transgrediatur limites matrimonii ita ꝙ. s. non accederet ad eam tanꝗ ad vxorem sed sicut ad mulierem ita ꝙ si haberet aliam in promptu ita bene accederet ad eam iam est peccatuz mortale. Loco. i. si cognoscat eam in ecclesia vel in cymiterio vel in alio loco sacro. Et in isto casu credo ꝙ vterqꝫ peccat mortaliter. Conditione. i. si cognoscat eum conditione inhonesta vel etiam illicita sicut visum fuit supra quando agebatur de matrimonio. Modo. i. si vir eam cognoscat contra instrumentum modum a natura et illud est grauissimum peccatum. in vxore. vnde ꝙ secundum dicit augu. Usus qui est contra naturam execrabiliter fuit in meritrice: sed execrabilius sit in vxore. xxx. q. v. Ad ulterii. Secūm ista ergo poterit sacerdos formare interrogationes suas de peccato luxurie circa virum et vxorem saluo tñ ꝙ non descendat ad perticularia. ¶ Circa pctm̄ ire. Si pctōr per se vel per interrogationem sacerdotis confiteatur de eo: poterit sacerdos interrogare propter iram dixisti blasphemiam de deo vel de sanctis eius. si dicat ꝙ sic / interroget eū quomodo / quotiens / quare. et sic de aliis Deinde interroget dixisti vnꝗ propter iram verba contumeliosa proximo. si dicat ꝙ

sic: interroget que verba/quare/quotiens/vbi coram quib⁹
Interroget etiam si fuerit iniuriatus proximo scilicet aliquē per iram percutiendo vel verberando. Si dicat ꝙ sic: interroget quis erat et si erat clericus vel laicus/religiosus vel secularis/et ibi/et quare. et sic de aliis circunstantiis persone. Interroget etiam quotiens iterauit iniurias/ ⁊ vbi/ ⁊ quare. ⁊c.

gula

¶ Circa peccatum gule. Si peccator per se vel ad interrogationem sacerdotis confiteatur de eo. Interroget si propter gulam fregerit vnꝙ̄ ieiunium ecclesie. vel si comederit carnes in eis. et quare et quotiens. et si inebriauit se. et si habeat consuetudinem ꝙ inebriet se. et si propter ebrietatem dixit verba scurrilia in honesta vel iniuriosa et quotiens et quibus dixit. ⁊c.
¶ Et nota ꝙ secūdm ꝙ dicit grego. Quinqꝫ modis peccat hō per gulam qui modi continentur in his versibus. Certū stat ꝙ quinqꝫ modis gula damnat edentem. Dum nimium comedit/comedendi preuenit horam. Querit delicias/parat escas deliciose. Aut sumit auide. qd̄ non erat deliciosā. Nota ꝙ multum comedere aut rōne complexionis vel etatis vel laboris non est peccatum dum tū non studio vel ardore vel auitate sumatur. Item preciositas ciborum moderata maxime in diuitibus qui talibus vti solent non est pctm̄ dū tn̄ minus auide non sumantur. nec obster status suus. Et qꝛ facta est mento de ebrietate. Notandum ꝙ ebrietas dr̄ tribus modis. Uno modo dr̄ plenaria mentis obliuio. ⁊ ista non est pctm̄. xv. q. i. Secundo modo dicitur ebrietas frequens actio bibendi. Et hec vt ait aug. est peccatum veniale nisi sit assidua. quia tunc est pctm̄ mortale. maxime si nouit vires vini et non vult apponere aquē. xxv. di. ca. Criminis. Tertio modo dicitur ebrietas quedam dispositio et studium ad inebriandum et ista semper est peccatum mortale. xxv. q. i. c. ante aīa. ¶ Circa peccatum inuidie si peccator per se vel ad interrogationem sacerdotis confiteatur de eo interroget eum sacerdos si placuit ei damnum vel malum proximi ⁊ si bonum vel commodum sibi displicuit et si ex inuidia detraxit vnꝙ̄ suo proximo falsum crimen ei imponendo vel bonum quod in eo erat diminuēdo

vel occultando vel quod in eo erat augmentando: vel illis qui non nouerūt manifestando. Item quotiens fecerit ista ꝛ quare ꝛ sic de aliis circunstantiis. Item si portat odium vel rancorē vel malam voluntatē contra proximum suum ꝛ quare. et sic de aliis. ¶ Circa accidiā interroget sacerdos si potuit pctōr multa bona facere que nō fecit dicere que non dixit cogitare que non cogitauit multa mala vitare que nō vitauit. Itē si ex negligētia omisit ire ad missam/ad sermonē et ad alia bona opera. ꝛc. Scdm ergo istam doctrinam sacerdos poterit formare interrogationes suas. et in istis vnctio quam accepit a deo. et experientia magis docebit ꝙ alia lectio. Uerum qm̄ iuxta varietatē confitentiū sacerdos dꝫ variare interrogationes vn̄ si confitētes sit religiosus. interrogetur de tribus votis regule scꝫ de obedientia. de paupertate et castitate. Interrogetur de regularibus obseruantiis. et pcipue de abusionibus claustri quibus frequenter status religiosorum corrumpitur. que sunt duodecim scꝫ prelatus negligens discipulus inobediens iuuenis ociosus senex obstinatus monachus curalis monachus seu canonicꝰ regularis causidicus habitus preciosus cibus exquisitus rumor in claustro lis in capitulo dissolutio in choro. irreuerentia circa altare. ꝛ scdm illas et secundū etiam alias obseruantias regulares cōfessor debet formare interrogatiōes. Circa etiam clericos seculares sunt faciende interrogationes de symonia de negotiatione ꝛ aliis que pertinent ad symoniā. et auariciam ꝛ si habeant ad ministrationē vel officium siue beneficium interrogentur de lapidatione bonorum vel si expēderunt in malos vsus bona ecclesie. Item vtrū interfuerint diuinis officiis ꝛ horis canonicis vtrum portant coronam et habitum congruentem. Item si dicant integre et perfecte diuinum officium. Item interrogentur de luxuria de venatione. de irregularitate. de ludo alearꝫ. et similibus in quibus solent sepius peccare. Circa pricipes sunt faciende interrogationes de iusticia. Circa milites de rapina. Circa mercatores ꝛ alios officiales mechanicas artes exercētes de fraude de loco de menda

tio de periurio. &c. circa burgenses et eius cōiter de vsuris et pignoribus circa rusticos et agricolas de inuidia ⁊ furto. maxime circa decima primitias tributa census. Unde notanduz ꝙlicet forma gñalis supraposita sit obseruanda in omnibus tamen scḋm diuersitatem personarū ⁊ officiorū studiosius et specialius est circa specialia crimina insistēdum. Factis ipsis interrogationib⁹ si confitens sit persona simplex interroget eum sacerdos si sciat. Pr̄ nr̄. Aue maria. Credo in deum Et si sciat se signare. et si nesciat instruat eū vel moneat vt addiscat. Deinde interrogetur si tenetur aliqua tentatione et qua ⁊ quō se habeat in resistēdo ⁊ doceat eum modum. Si enim tētetur de supbia. cogitet de humilitate filii dei qua humiliauit semetipm factus obediens vsqꝫ ad mortem. Cogitet etiā de casu dyaboli qui ꝓpter superbiā suam cecidit de paradiso in infernū ⁊ de angelo factus est dyabolus. Si tentetur de auaricia cogitet de breuitate vite ⁊ instabilitate ⁊ vanitate mundi. ⁊ ꝙ nichil hic portabit secum de diuitiis suis. Si tenetur de luxuria cogitet de morte ⁊ qualis erit post mortem. vnde Non melius poterit hois caro viua domari ꝙ qualis fuerit hec mortua premeditari. Cogitet etiam de penis inferni et gaudiis paradisi. hec est talia multa debet ei ostendere et dicere. Hoc facto recolligat et repetat in generali confessionem dicēs. Amice tu fuisti confessus pctā ista et ostendat ei grauitatem peccatorem eum dure increpando ⁊ inducendo eum ad lachrimas compunctionē et contritionē. Et ad hoc multum valet si sacerdos osīdat vultum dolorosū et lachrymobilem pctōri sicut legitur de sancto ambrosio ꝙ qñ aliqs ei confitebatur suū lapsū ita amare flebat ꝙ confitentē ꝙtūcunqꝫ obstinatum ad fletū ad lachrymas prouocabat sic etiā dꝫ facere sacerdos vt si pctōr verecūdia duct⁹ ad lachrymas inuitetur vt lachryme admonentis excitent lachrymas penitentia ideo summopere caueat sacerdos quod nō adulter in confessione immo ꝙtuncunqꝫ sit magna persona et reuerenda increpet et corrigat eam dure. caueat tñ ꝙ ne nimis exasperet vel ꝙ non sit nimis durus in verbo. Sꝫ si peccator vult

bene penitere promittat ei vitam eternam. et veniam de peccatis ita q peccator semper recedat consolatus ab eo. istis rite peractis faciat sibi dicere confessionem generalem monens q si recordetur de aliquo pctō reuertatur ad confessionem. Et sic imposita pnia absoluat eum in noie dñi. ita tñ q sit excōicatus excōicatione maior: nullo modo eum absoluat donec sit ab illa excōmunicatione absolutus. Sed scdm cōem doctrinam quilibet curatus habens curam aiarum potest absoluere a minori excōicatione ideo anteq absoluat eum a pctis absoluat eum a minori excommunicatione dicens. auctoritate dei michi cōmissa absoluo te a vinculo minoris excōicationis si quā incurristi per participationem excōicatorū / et postea absoluat eum de pctis confessis et oblitis. Sed pone curatus habet aliquos parrochianos surdos vel mutos vel cecos vel furiosos vel demoniacos. et forte sit istos esse i peccato mortali quid faciet de istis. Si eni moneat surdum est pniam non prodest quia non audit. si mutum non potest confiteri. cecus nō potest videre signum nec etiam pōt legere sicut nec mut⁹. furiosus non est capax rōnis nec etiam demoniacus. Dico q sacerdos dz facere debitum suum vt eos inducat ad contritionem pniam & compūctionē scdm q est eis possibile sez verbis vel scriptis vel nutibus: vel signis & omnib⁹ aliis modis quibus poterit et si non potest oret deū & faciat orare populuz suum vt deus illustret corda coꝝ ad pniam & si nichil omiserit de contigentibus non imputatur sibi. quō aūt se debeat habere sacerdos ad infirmum qui amisit loquelā & nō potest confiteri vide supra in prima parte tractatus de eucharistia. c. ix.

Ca. x. de potestate clauium.

Quia supra dictum est cum ageretur de penitentia peccata in contritione dimitti. dubium extitit qui dimittit sacerdos virtute clauium in absolutione cum non dimittat culpam qz illa vt dictum est dimittitur in contritione / nec penā qz adhuc postq penitens est absolutus remanet obligat⁹ ad penam. Circa istam materiam istud michi videtur esse dicendum. Ille em qui accedit ad confessionem aut est perfecte cō

tritus aut non. si est perfecte contritus tunc deus virtute con-
tritionis remittit sibi petã. teste ezechi. qui dicit in persona dei
Quacunqz hora ingemuerit pctõr oim iniquitatum suarum
recordabor / ita q̃ antequã accedat ad confessionẽ mundat9
est a culpa. Si aũt non est perfecte contritus tũc virtute con-
fessionis ista imperfecta contritio reducitur ad perfectam. ita
q̃ de atrito fit virtute confessionis contritus et sic virtute cõ-
fessionis remittuntur petã quo ad culpam ¶ Notandum tñ
q̃ qñ dicitur in confessione vel contritione petã dimitti: intel-
ligendũ est deum dimittere pctm̃. non contritionẽ vel confes-
sionẽ. vñ ambro. et ponitur de pe. di. i. Verbũ dei pctã dimit-
ti. et aug. et ponitur de cõ. di. iiii. Nemo tollit pctm̃ nisi solus
xp̄s qui est agnus tollens peccata mundi. Tollit aũt dimittẽ-
do peccato que facta sunt et adiuuando ne fiant: et perducẽ-
do ad vitam vbi peccata fieri non possunt. Quod autẽ dicit
solus xp̄s. non excludit patrem nec spm̃ scm̃ cũ indiuisa sint
opera trinitatis. Et istud verbum est quantũ ad opera q̃ sũt
ad extra. Quid ergo faciunt ibi claues vel absolutio sacerdo-
tis. Dicendum secundũ aliquos q̃ deus mundat aiam in cõ-
tritione a macula culpe ⁊ sacerdos absoluit eam ad vinculo pe-
ne eterne. Fateor q̃ non intelligo istos qz non video q̃ aliq̃s
postquam mundatus est a macula culpe mortalis sit obliga-
tus pene eterne. causa ista pena non debeatur nisi culpa vel
peccato mortal'. Si deus mundat aiam in cõtritione a culpa
mortali / per cõfis absoluit eã a vinculo pene eterne. et iõ di-
cunt alii q̃ q̃uis peccatum in cõtritione dimittatur quantuz
ad culpã ⁊ quantum ad reatũ pene eterne: pctõr adhuc rema-
net obligatus ad duo. s. ad confitendum pctm̃ et ad aliquam
satisfactionem pro pctõ faciendam. Et ideo sacerdos virtute
clauium absoluit eum vinculo quo tenebatur ad confessionẽ
et ligat eum ad satisfactionem ⁊ sic dr̃ sacerdos virtute claui-
um soluere et ligare quamuis vtrum sit q̃ pctõr sit obliga-
tus ad illa du nõ tñ videtur q̃ scdm̃ viam istam verba forme
sacramentalis absolutionis possint bñ verificari nam dicit sa-
cerdos. Absoluo te a pctis ⁊ non absoluo te a confessione ergo

secundum istam viam opz absoluat eum aliquo modo a peccatis. Et ideo dicunt aliqui q̄ pctōꝛ per pctm̄ non solum obligatur deo cui offendit: sed etiam ecclesie cui se peccando abstraxit. Et iō q̄uis in cōtritione recōsilietur deo. tn̄ remanet adhuc reconciliandis ecclesie in faciendo confessionē illi qui rectoꝛ ecclesie. Et lz istud sit verum: non tn̄ videtur sufficere cum claues non solū se extendant ad soluendū et ligandum in terris immo in celis dicente xp̄o. Quodcunqꝫ ligaueris super terram. ꝛc. Et ideo dicunt aliqui alii q̄ sacerdos virtute clauium non facit aliquid nisi ostensiue vnde dicunt q̄ absoluit. i. absolutum oñ dit. Unde qñ dicit absoluo te. i. absolutū ostendo te. Et isti videntur dictum suū fundare in auctoꝛitate ambꝛosii dicentis. Sacerdos quidam officium suum exhibet. sz nullus ptātis iura exercet. Sed dictum istoꝛum paruz videtur attribuere clauibus. Et verbum ambꝛo. intelligendum est sacerdos nullꝰ ptātis iura exercet auctoꝛitatiue sed ministraliter bene: et iō dicunt alii q̄ sacerdos virtute clauium absoluit a culpa si inuenit eam. dummodo confitens nō ponat obicē. vt absoluat a pena purgatoꝛii cui peccatoꝛ erat obligatus non eam relaxando sed eam commutando in penā tempoꝛalem vel coꝛpoꝛalem. et hoc sub conditione. s. si implet iniunctam penitentiam ita q̄ sit iniunctam penitētia sit condigna absoluitur a tota pena purgatoꝛii. et si non est cōdigna non absoluitur a tota pena purgatoꝛii sed a tanta: et ideo si moꝛiatur expleta penitentia condigna non punitur in purgatoꝛio. Si aūt pnīa non fuerit condigna: vel si fuerit condigna non tn̄ cōdigna non tn̄ compleuit eam in vita sua complebit eam in purgatoꝛio. et ista opinio videtur michi satis rōnabilis. Alii dicunt q̄ cum oē moꝛtale pctm̄ sit offensiuum diuine bonitatis q̄ est infinita / pena debita pctō moꝛtali est infinita. et per consequens est viribus nr̄is impꝛopoꝛtionabilis. virtute aūt clauium fit nobis pꝛopoꝛtionabilis in q̄tum virtute clauium confitenti cōicare passio xp̄i que dat efficaciam sacramentis omnibus et que fuit sufficiens ad satisfaciendum pꝛo peccatis totius mundi vnde scđm hanc viam

virtus clauium est q virtute earum cōicat confitenti passio xpi. in cuius virtute potest satisfacere pro pctis qd non faciebat ante. vnde credo q vnū Pater noster impositum in pnia a sacerdote efficacius est ad satisfaciendum pro peccatis q̄ si aliquis diceret centummilia per semetipm qz illud habet meritum a passione xpi. illa vero a merito dicentis. Et ista opinio est multum rationabilis.

¶ Ca. xi. de sigillo confessionis.

SIgillo confessionis debet esse secretum. qz nullo modo nullo pacto pro nulla re debet frangi. immo sacerdos sustinere debet quancunqz penam anteq̄ reuelaret confessionem nec verbo nec scripto nec nutu vel signo. Et hoc sigillo dicit greg. vt habetur de pe di. vi. c. Sacerdos. vbi dicitur sic Sacerdos aūt oino caueat ne de his que ei confitetur/ petā sua alicui reuelet que confessus est ei/ nō propinquis neqz extraneis. neqz (quod absit (pro scandalo aliquo. nam si hoc fecerit deponatur ꝛ omnibus diebus vite sue ignominosus peregrinādo vadat. Itē de pe. et re. ca. Omnis vtriusqz sexus. Caueat omnis sacerdos ne verbo vel signo aut alio quouismodo prodat aliquatenus peccatorem: sed si prudentiori consilio indiget. illud caute absqz vlla expressione requirat. qm̄ qui penitentiali iudicio pctm̄ sibi detectum reuelare presumpserit non sacerdotali officio deponendum decreuimus verū etiā ad agendū pniam in arcto monasterio perpetuo detrudendū ita q ni decretali ista instituitur cōfessor de hoc q̄d agere debeat: et a quo cauere debeat. Si em̄ sacerdoti in confessione occurrat casus super quo nō possit bene cōsulere penitētē debet super hoc consulere pitorē se vt videat q̄d agere debeat. Sub qua aūt forma reuelabit isto pito petm̄ qd alter confessus est sibi. Credo q sub ista. Si talis casus accideret quid faciendū esset. Uel si aliquis cōfiteret de tali petō quid esset consulēdum. Nō autem debet dicere vt credo. Ego audiui istud in confessione. qz dicēdo sic: ipse mentiretur. qm̄ ipse non audiuit vt ipse: sed vt vicarius ꝛ locum tenens dei. Et multo minus debet dicere quidam confessus est michi qz: di-

cendo sic in gñali et implicite reuelat confessionem et etiam mentitur. quia confessio fuit facta deo non sibi: nisi vt locum tenenti dei. Sed pone sacerdos super crimem quod audiuit in confessione indicitur in testem: et compellitur iurare: quid faciet. Si dicat ꝙ reuellet confessionem punitur: si negat periurat. Dico ꝙ si solum sciat per confessionem ipse debet iurare se nichil scire de ista materia qua interrogatur: nec periurat qꝛ ipse nichil inde sit esto enim ꝙ sciat illud crimen fuisse sibi confessum nescit tñ vtrum confitens in confitendo dixerit verum vel falsum. et ideo pōt vere dicere se nichil scire. Sꝫ quid: iudex erit cautulosus et interrogabit eum per iuramentum vtrum audierit aliquid de crimine de quo agitur. Dicendum ꝙ iuramentum non ligat eum ad dicendum aliquid in hac materia cum iuramentum non fuerit inuentum vt esset vinculum iniquitatis. extra de iura. calum. Quinta vallis. In nullo quod sit contra mandatum dei est obligatorium iuramentum. Unde cum reuelare confessionem sit contra mandatum dei scꝫ contra illud. Non falsum testimoniuꝫ dices nullum est iuramentum ad hoc obligatorium. Unde talis potest licite iurare nichil se audiuisse. Et intelligat ꝙ nichil audiuit vt hō vel per modum ꝙ debeat testificari. ¶ Ulterius pone ꝙ sacerdos sciat per confessionem aliquē hereticum in parrochia sua vel alibi qui alios filios inducit ad heresim quid faciet iste sacerdos. Ray. in summa sua videtur dicere in isto casu confessionem posse reuelari. Et ratio sua est quia non seruat fidem ecclesie cum sit hereticus et infidelis. ideo fides non est ei seruanda. xxiii. q. i. Noli. Salua tñ reuerentia eius videtur magis consona veritati alia opinio quā etiam ipse. Ray. recitat. s. ꝙ sacerdos non debet reuelare confessionem ipsius se dꝫ ire ad epm vel ad inquisitorem et dicere. Custodi et vigilia super oues tuas lupus est in grege tuo Et quod dicit. Ray. ꝙ cum iste est infidelis. fides non est ei seruanda. Dico ꝙ reuelando confessionem fides non frangitur hoim sed deo qui est fidelis in oibus viis suis. sed nunquid potest confitens licentiare confessorem ꝙ dicat illa que

dicit ei in confessione. Dico q̄ confitens bene potest facere q̄ illa cōfessor scit vt deus sciat vt homo dicendo sez ei extra cō fessionem que idem dixit in confessione ⁊ sic confessor poterit illa dicere ex quo audiuit illa vt homo extra confessionē. sed nunquid sufficet q̄ confitens dicat confessor dicendo. ego do ti bi licentiam dicendi ea que dixi tibi in confessione vel opor tet q̄ replicet sibi omnia extra confessionem. Aliqui doctores dicunt q̄ sufficit vt licentiet confessorē. tamen Durandus in quarto suo dicit q̄ non immo tenetur omnia replicare sibi ex tra confessionē. ⁊ ratio sua que occurrit est. q̄z in his que sunt de necessitate sacramenti nullus potest dispensare nec papa de quo magis dicetur. sed tenere secretaz est de necessitate cō fessionis sacramentalis vt probat diffuse. ergo nullus potest contra hoc dispensare et per consequens nullus potest licen tiare q̄ illa que per eum dñr in confessione reuelentur. iō ad hoc q̄ reuelentur opz q̄ⁿ sciantur aliter q̄ p confessionem. ⁊ ex his pz q̄ si quis sciat aliquid per confessionē ⁊ extra confessio nem pot illud reuelare ⁊ testificari super illo eodē modo quo scit extra confessionem. ¶ Nota q̄ sigillum confessionis dire cte ⁊ pricipaliter respicit pctā vt pz ex preallegata decre. Om nis vtriusq̄z sexus vbi dr. Caueat omnis sacerdos ne verbo aut signo aut quouis alio modo peccata prodat ex consequē ti tñ ex quadā cōgruitate respicit alia. Et hec de cōfessione sa tisfiant.

¶ Tractatus quartus secunde partis principa lis de satisfactione habens septem ca. principalia.

Expeditis per dei grām duabus partibus pnie. s. de contritione ⁊ confessione. De tertia. s. de satisfactio ne est agendū. Circa quod notāda sunt sex. Primo quid est satisfatio et in quibus consistat. Secundo de elemo sina que prima pars satisfactionis. tercio de ieiunio que est se cunda pars. Quarto de oratione que est tercia pars. Quinto de mensura satisfactionis. s. que penitentia est imponēda pro vnoquoq̄z peccato. Sexto vtrum vnus potest satisfacere pro alio.

¶ Ca. i. quid est satisfactio.

Satisfactio sed3 gre. est peccatorum causas excidere ꝫ earum suggestionibus additū nō indulgere ita ꝙ in ista diffinitione duo tanguntur q̄ debēt esse in oī satisfactione. sicut enim bona ꝫ cōpleta medicina dz esse curatiua infirmitatis p̄terite ꝫ preseruatiua respectu future ita et satisfactio dz esse remediū pcti preteriti ꝫ cautela respectu futuri. Primum tāgitur cum dr̄ pctōꝝ causas excidere. Secūdm cum dr̄ earum suggestionibus aditū non indulgere. Dz etiā medicina si sit cōueniens dz eē appropriata infirmati et ordinari directe cōtra infirmitatē. teste beato hiero. q̄ dicit. Medicina cuilibet morbo est adhibenda nō enim sanat oculū quod sanat calcaneum. Et scdm ꝙ dicit iohēs in prima canonica sua. Oē qđ est in mundo aut est cōcupiscentia carnis aut concupiscentia occuloꝝ aut supbia vite ꝫ vult dicere ꝙ tres sunt radices oīm pctōꝝ. s. auaricia que datur intelligi per hoc ꝙ dicitur concupiscentia oculorum. Luxuria que datur intelligi per hoc ꝙ dicitur concupiscentia carnis. Et superbia per hoc ꝙ dicitur superbia vite. Idcirco contra istas tres radices pctōꝝ ordināntur tres partes satisfactionis. s. elemosina que ordinatur contra auariciam. ieiunium cōtra luxuriā. oratio cōtra superbiā. Et sic sunt tres partes satisfactionis. s. elemosina ieiunium ꝫ orō. Et de his tribus partibus per ordinē est agendum.

¶ Ca. ii. de elemosina quod hz sub se. iiii. parua capitula.

Licet multa ꝫ varia ac diuersa de virtute elemosine siue sint a doctoribus sanctis scripta tn̄ oīa sanctus thobias breui sermone comprehendit dicens. Elemosina a morte ꝫ a pctis liberat aīam ꝫ nō patietur eam ire in tenebras. Elemosina est triplex. Prima consistit in cordis contritione quando. s. aliquis se offert sacrificium deo de quo dr̄ in psal. Sacrificiū deo spūs contribulatus. et de elemosina ista dicit sapiēs. Miserere anime tue placens deo ꝫ elemosina sic dicta nō est pars satisfactionis immo est pars integralis contritionis condiuisa a satisfactione prout dicitur ꝙ penitētie tres sunt partes scilicet contritio: confessio ꝫ satisfactio. alia est elemosina que consistit in compassione proximi in qua compatimur alie

nis miseriis sicut nostris et de ista dicit iob. Ab initio con-
ualuit mecum miseratio ꝛ ab utero matris egressa est mecū. Alia
Tertia consistit in largitione manuali. qn̄ scilicet aliquis ex
hibet indigenti aliquod temporale subsidium propter deum
et de ista intendimus hic. Et de hac dicit saluator in luca. da
te elemosinam et ecce omnia munda sunt vobis. Et ambrosi
us. Pasce fame morientem. et nisi paveris occidisti. lxxxv. di
et sub ista elemosina continentur septem opera mie. de quib⁹
dicetur in tercia particula. Sed quantū ad nunc circa elemo
sinam consideranda sunt quattuor. Primo de quibus dꝫ fie
ri. Secundo quis potest facere. Tercio cui debet fieri. Quar
to quomodo fiet. ¶ Primum consideratum circa ele-
mosinam scꝫ de quibus dꝫ fieri elemosina.

Omissa illa distinctione de necessario et superfluo dicen
dum q̄ in hoc concordant communiter oēs doctores q̄
nec de alieno nec de illicite acquisitis debet fieri elemosina.
vn̄ thobias ostendēs filio suo de quo faciendum esset elemo
sina dicit. Honora deum de tua substantia dicit de tua ꝛ non
de aliena. et greg. Non est putanda elemosina si pauperibus
dispensetur quod ex illicitis rebus acquiritur. Nota tn̄ circa
hoc illicite acquisitum pōt esse tribus modis. Sūt enim que
dam illicite acquisita in quibus nō transfertur dn̄ium in ac
cipiētem vt in rapina et furto. Sunt et alia in quibus trans
fertur dn̄ium sed tamen competit repetitio vt in vsura vt si
monia: et in istis casibus nō pōt fieri elemosina. sunt alie in
quibus transfertur dn̄ium ꝛ non cōpetit repetitio vt in pecu
nia et in aliis rebus acquisitis ex hystoriatu et meretricio. in
duabus primis qn̄ non transfertur dn̄ium vel si transfertur
competit repetitio non pōt fieri elemosina sed debet restitui
iuxta modum qui ponetur infra. vnde de reb⁹ acquisitis fur
to: rapina: vsura: et simonia. non potest fieri elemosina. in ter
tio aūt casu. s. cum transfertur dn̄ium ꝛ non cōpetit repetitio
sicut in acquisitis ex hystorionatu vel meretricio de istis po-
test fieri elemosina et hanc distinctionem approbat ambro.
xiiii. q. v. sane. in fine. Sed nunquid de his que acquiruntur

ex ludo allee vel taxillorum vel quocumqz alio ludo potest ele mosina fieri. Dicendũ qꝫ qñ loquor de ludo non intelligo de ludo q̃ fit cã solati vel recreationis. qz talis ludus est licitus dummodo sit honestus ac debitis circunstantiis inuestit⁹ sed intelligo de ludo qui fit cupiditatis cã: qui est oino et semper illicitus et in eo cõcurrũt pctã multa. Prima em̃ ibi est desi deriũ lucrandi. ecce cupiditas que est radix oim malorꝝ. Se cundo est ibi voluntas spoliandi ꝓximũ / rapina. Tercio est ibi vsura maxima. s. xi. pro. x. non solum in anno vel in mense sed in eodem die. Quarto multiplicantur ibi mendacia ꝛ ver ba occiosa et vana. Quinto est ibi blasphemia / ecce heresis. Sexto est ibi multiplex corruptio ꝓximorum qui ludum aspi ciunt. Septimo est ibi scandalũ bonorũ. Octauo est ibi contẽ ptus. ꝓhibitionis sancte matris ecclesie. Nono est ibi amissio tempor̃is et aliorꝝ bonorum que illo tempore tenetur homo facere. Ex quibus patet quantum peccãt qui talibus ludis va cant. Et de pena clericorum qui talibus ludis vacant legitur in canonib⁹ apostolorũ sic. Si eps̃ / p̃sbyter / dyaconus allee aut ebriati deseruiat aut desinat aut damnetur certe. Sub dyaconus autẽ lector aut cantor aut similiter faciens aut de sinat aut cõmunicatione priuetur. Patet ergo qꝫ illud quod tali ludo acquiritur illicite acquiritur. Sed nunq̃d potest re peti: dicunt aliqui doctores qꝫ non: sed ille qui lucratus est de bet istud eroget pauperibus. Argumento xiiii. q. v. Nõ sane. Cum enim cupido versatur ex parte vtriusqz melior est con ditio occupantis seu possidentis. Alii dicunt et fere omnes ca noniste qꝫ potest repeti. Et ꝓbatur. ff. de aleatoribus lege vlti ma in fine. Et dicit greca constitutio qꝫ vsqz ad quinquaginta annos potest repeti. Et secundum istos de acquisitis in ludo non potest fieri elemosina. Ray. enim cum quo cõcordat san ctus tho. et quasi oẽs doctores theologi. dicit qꝫ distinguendũ est qz aut aliquis lusit voluntarie ꝛ ex cupiditate non coact⁹ per aliquem. et tunc si amisit non potest repetere quod amisit sed ille qui lucratus est tenetur pauperibus erogare vel resti tuere in iudicio anime. Aut lusit attractus per vim vel per im

portunitatem alterius ⁊ tunc si amisit potest repetere. Si ve
ro lucratus est non tenetur restituere. sꝫ quod lucrat⁹ est pau
peribus erogare. ¶ Item sententiam probat per multa
iura et est satis consonat rationi ⁊ equitati. ¶ Notandum
tñ ꝙ sunt alique persone quibus indistincte tenetur quis re
stituere q̄cquid ab eis lucratus est in ludo vt furiosi si/ pdigi/
pupilli/ minores. xv. annorum/ mente capti/ surdi/ ceci/ mu
ti/ et qui morbo perpetuo laborant qꝛ tales rebus suis super
esse non pñt. ideo dantur eis tutores ⁊ curatores. Item vide
tur esse de monachis et ceteris religiosis et filiisfamilias. qui
non hñt peculium castrense vel quasi castrense. Et de vxore
que nō habꝫ res parafernales. et etiam de aministratione re
rum ecclesiasticaꝝ que pauperum sunt ⁊ similib⁹ vñ nec pre
lati nec curati pñt ea remittere debitorib⁹ ne prodigi vel dis
sipatores videantur. Nam cū talis acquisitio pecunie multi
plicis iuris et facti sit culpabilis et viciosa restituenda nō est
dico ei qui eā amisit in ludo: sed tutori/ vel curatori/ vel ma
rito/ vel patri/ vel ecclesie/ vel monasterio.

¶ Secundum consideratum circa elemosi
nam scilicet quis potest facere.

Elemosinam pōt facere quicūqꝫ sui est iuris: et hꝫ domi
nium vel ad ministrationem aliquoꝝ bonorum tēpaliū
Nunquid ergo monachus vel aliqua persona religiosa pōt
facere elemosinam. Dico ꝙ talis persona aut hꝫ administra
tionem aut non/ si hꝫ administrationem pōt et dꝫ immo q̄c
quid superest sibi necessitatibus ecclie sup portatis in causis
piis est exponendum dicente btō berñ. Bona ecclie bona pau
perum sūt et quidquid a ministris ecclie vltra victū ⁊ vestitū
retinetur totum est sacrilegiū ⁊ rapina. Si aūt non hꝫ ad mi
nistrationem saluo meliori iudicio vel consilio credo ꝙ non
pōt: nec dꝫ facere elemosinam nisi de prelati sui licentia peti
ta et obtenta. Monachus enī non pōt tractare etiam vtilita
tes sui monasterii. nisi de p̄cepto abbatis sui. xvi. q. i. monachi
de conse. di. v. Non opꝫ. Et hoc intelligo nisi ille qui petit ele
mosinam sit in extrema necessitate constitutus. i. indigeat ad

mortem qr in illo casu debet et dare si potest esto etiã q prelatus expresse inhiberet sibi qr in tali casu ois hõ tenetur ex precepto dei subuenire primo. Iuxta illud. Pasce fame morientẽ xc. xxxvi. di. Et etiã in tali casu oia sũt cõia. xlvii. di. Sicut li. ¶ Nota q si monachus nõ hñs ad ministrationẽ de precepto abbatis vadat ad peregrinationẽ vel ad studiũ sine aliqua distinctione põt dare elemosinã nam eo ipso q prelatus dedit sibi licentiã standi in scolis vel eũdi ad peregrinationẽ videtur sibi dedisse licentiã faciendi oia que scolares honesti et peregrini solẽt facere: ita q moderate faciat. Quilibet em̃ debet se cõformare moribus illorum inter quos viuit. xvi. di. ca. Si quis. Sed nunquid vxor potest elemosinã facere absqz licentia viri. ¶ Dicendũ est q si vxor habet res parafernales .i. proprias preter dotẽ. dictas a para qđ est iuxta ⁊ frena dđ est dos quasi iuxta dotẽ. potest de illis facere elemosinã etiam inuito marito. C. de. par. l. qui. hac. De rebus etiã sui viri sicut de pane ⁊ vino et aliis reb⁹ que bono ac approbato ⁊ laudabili more solent ad dispensationẽ vxoris pertinere/potest facere elemosinã moderate ⁊ secundũ facultatẽ viri ⁊ secundum maiorẽ vel minorem indigentiã ⁊ multitudinẽ pauperum. Et debet sibi formare conscientiam q nõ displiceat marito in corde etiã si quãdoqz prohibuit ei ore. Solent em̃ mariti facere talẽ phibitionem vxoribus non vt retrahãt eas a toto: sed ab excessu quem suspicantur eas factura. si haberẽt habenas nimis laxas. Potest etiam sibi formare conscientiã de qualitate et miseria pauperis cogitans q si maritus videret illũ omnib⁹ modis placeret ei q faceret sibi elemosinam. Sed oino ⁊ precise dicet sibi q viro displiceat. deponat conscientiã si potest: si non põt non det ⁊ doleat q nonpõt dare ⁊ sic intelligo illud. c. xxxiii. q. iii. Qui de. vbi dicitur q cũ scandalo viri vxor non dz facere elemosinã. et illud intelligo nisi pauper sit in extrema necessitate cõstitutus qr tunc intrepide debet dare. aliter peccaret. Et quod dixi de rebus viri. etiã de dotalibus dixi. nã rerum dotaliũ illibatum dñiũ apud virũ est. c. de iure. do. l. in rebus. Dñs aũt albertus dicit q si mul

re sit lucrosa. i. si et officio suo vel ministerio lucretur esto q̄ non habet bona parafernales de eo q̄ lucratur pōt facere ele mosinam absq̄ mādato et cōsensu viri. etiā filiusfamilias nō potest facere elemosinam de rebus patris sine eius licentia ⁊ mandato nisi supponant q̄ placeat patri sicut supra dixi de vxore. Et intelligo hoc nisi talis filius habeat peculiū castren se vel quasi castrense. de tali eīm peculio potest facere elemosi nam patre etiam inuito. Peculium castrense est acquisiuit ex milicia. Peculium quasi castrense est quod acquisiuit ex sciē tia vel artificio honesto. Intelligo etiam nisi videat paupe rem in extrema necessitate constitutum. De filio etiā eunte ad peregrinationem vel eunte in studio intellige vt supra di xi de monacho. Et multominus seruus vel ancilla potest fa cere elemosinam de rebus dominorum nisi forte fuit ei com missa ministratio bonorum quia tunc posset tamen modera te esto q̄ domino non displiceret.

¶ Tertium consideratum circa elemo sina scilicet cui debite dari elemosina.

Elemosina non dz̄ dari nisi indigēti. et hoc sonat nomē elemosine. Unde elemosina vt dixit ebrardus dr̄ ab ely os quod est miseria ⁊ moys quod est aqua quasi miserorum. i. indigentium aqua. Horū aūt qui petūt elemosinam quidā petunt quasi ex debito. sicut religiosi mendicantes qui predi cant verbum dei et celebrant quotidie pro benefactoribus su is. Et isti dūmō constet eos hr̄e illud officium sunt omnibus illis preferendi. et isti dr̄r petere quasi ex debito q̄ non solū dannetur eis tp̄alia: immo etiam sp̄ualia recipiuntur ab eis Unī in persone taliū dt apl̄s. Si sp̄ualia vobis seminamus non est mirum si tp̄alia vr̄a metamus / alii petunt tm̄ pro vi te sue sustentatione sicut isti pauperes qui mendicant. Et in isto casu hō potest dare oibus aut non / si pōt dare omnibus tunc dz̄ oibus dare absq̄ vlla distinctione ⁊ ad hoc reducūtur exempla abrahe ⁊ loth. qui qm̄ oēs indifferenter recipiebant hospitio angelos etiā in hospitio susceperent si enim aliquos repulissent forsan inter illos angelos repulissent. Et in

hoc casu aut soh. extilo. Quiescamus ab absurda. s. nephanda ac dyabolica curiositate. s. discernendi inter pauperē et pauperem. nō em̄ ex vita eorū q̄ accipiant vel quibus das in ercedem tibi retribuet deus. sed ex voluntate ꝛ horificentia multa. ꝛ ex mīa ꝛ bonitate. xlii. di. Quiescam⁹. Item gr c. xi. q. iiii. Dm̄ in fine. dicit q̄ excōicatio etiā dāda est elemosina et hoc intelligo tā de excōicatio q̄ de quolꝫ alio pctōre notorio qd̄ intelligendū est. nisi ob saturitatem cibi negligerent iusticiā et fierent deteriores/ qꝛ in tali casu non est eis facienda elemosina. vt ait augu. v. q. v. Non oēs/ et hoc intellige nisi esuriant ad mortē. tunc enim quātumcūqꝫ negligerent iusticiā debent pasci: nisi forte iudex secularis dānasset eos propter scelera sua ad fame moriendum. In scdo casu in quo non pōt omnibus dare elemosinā posito q̄ oēs equaliter indigeāt dicit amb. 20. decē circa hoc est consideranda. s. fidem causam locum tempus necessitudinem sanguinis propinquitatem etatem debilitatē conditionem siue nobilitatē fidem. qꝛ fidelis preferendus est infideli. causam: qꝛ si duo tenentur capti vn⁹ propter culpā suā. alius sine culpa. Iste est preferendus illi. Locum qꝛ captus siue detentus in carcere preferendus est illi qui libere potest ire quocūqꝫ vult. Tempus quia si vnus in tp̄e persecutionis patitur preferend⁹ est illi q̄ nullā persecutionē patitur. Modum vt non totū detur vni nec simul effundantur opes sed discrete dispēsentur nisi forte aliquis vellet relinquere ex toto seculum. Necessitudinē vt magis indigens nimis indigenti preferatur. Sanguinis ꝓpinquitatem vt propinquus preferatur extraneo. Etatem quia senes sunt iuuenibus preferendi. debilitatem vt infirmus preferatur sano. et debilis forti nobilitatem vt nobilis preferatur ignobili. Et istud totū intelligēdum est ceteris paribus. talis enim conditio posset esse ex vna parte q̄ reformaret peccatū in contrarium. sicut pone quidam habet patrem infidelem qui indiget elemosina nec ipse potest subuenire vtrisqꝫ sed vni tātum. cui subueniet an patri infideli an extraneo fideli in exhibitione nutrimenti. In isto casu dicunt aliqui q̄ pater infi

delis preferendus est extraneo fideli in exhitione nutrimenti extraneus fidelis preferendus est parti infideli in dilectione ar.xxx.di.iii. Et fundatur ista opinio super illud preceptum. Honora patrem tuũ intelligitur si equaliter indigeant si enĩ extraneus indigeret ad mortẽ et pater non tunc extraneus esset preferendus patri. Alii dicunt contrarium.s. boni extranei sunt preferendi. quis istorum dicat melius iudicio lectoris relinquo. ¶ Quartum consideratum circa elemosinam scilicet quomodo debet fieri elemosina.

Quia scdm ꝙ dicit phũs in thicis modus imponit spẽm actui vel actioni qd intelligo de specie moris non enim sufficit facere bonum nisi bene fiat. Unde dñs precepit moysi iuste qd iustum fuerit exeq̃ris. ideo ad hoc ꝙ elemosina sit meritoria requeritur ꝙ debito modo fiat vnde elemosina dꝫ fieri gratanter siue letanter vt ait apl's.ii. ad corin.ix.ca. Qui tribuit tribuat in hylaritate non ex tristicia aut necessitate. Hylarem enim doctorẽ diligit deus. Secundo dꝫ fieri secrete. Uñ saluator/cũ facis elemosinam noli tuba canere ante te. sicut ypocrite faciunt et sequitur. Te antẽ faciẽte elemosinã nesciat sinistra quid faciat dextera tua. Tertio dꝫ fieri abundanter et secundũ facultatẽ dantis. vnde thobie.iiii. Fili si multum fuerit tibi, abundanter tribue si aũt exiguum libenter impartiri stude. Quarto debet fier prudenter vt fiat secundum traditam formã in.c.precedenti. Quinto dꝫ fieri festinanter. vñ sapiens. Qui cito dat bis dat. Sexto dꝫ fieri ardent r.i. intentione recta vt sclꝫ fiat propter deum ⁊ nõ propter vanãgloriam. vnde sicut ait gre. vnde celum mereri poterat non ventum transitorii fauoris querat.

¶ Ca.iii. secunde partis principalis est de ieiunio que est secunda pars satisfactionis quattuor hñs capitula.

Secunda pars satisfactionis est ieiunium de quo dr̃ in thob. Bona est elemosina cum ieiunio. circa quod considerãda sunt quattuor. Primũ quod modis dr̃ ieiunium. Secundo qñ fuit institutũ. Tertio quot requirũtur ad hoc ꝙ ieiunium sit meritoriũ. Quarto quot bona facit ieiunium

Primum consideratũ circa ieiuniũ.s.quot modis dr̃ ieiuniũ.

Notandum ꝙ triplex est ieiuniũ. Primum est corporis .a cibo et potu materiali. Secundum est afflictionis a gaudio tp̃ali.tercium est abstinere a pctõ mortali. Et de hoc triplici ieiunio debemus castigare iumentũ.i.corpus nostrũ parum est iuuare a cibo nisi ieiunetur a pctõ. Unde ysayas. quare ieiunamus et non aspexisti humiliamus aĩas nostras et nescisti.loquitur ysayas in persona ieiunantium in peccato mortali.Et subdit responsionem in persona dei loquens Ecce ad lites et contentiones ieiunatis et percutitis pugno impie/⁊ sequitur. Nunquid est tale ieiuniũ quod elegi quasi dicat nõ immo istud. dissolue colligationes impietatis/solue fasciculos deprimentes/et oẽ onus.s.pcti dirumpe . Frange esurienti panem tuũ et egenos vagosq̧ induc in domũ tuam Cum videris nudũ operis eũ et carnem tuã ne despexeris.

Secundũ consideratum circa ieiunium.s.quando fuit institutum ieiunium.

Dominus instituit ieiuniũ in paradiso terrestri qñ precepit primis parentibus ne comederẽt de ligno sciẽtie boni et mali. Sed postea sanctificauit ipm in deserto qñ ieiunauit quadraginta diebus et.xl.noctibus. Tercium consideratũ circa ieiunium scilicet quot requiruntur ad ieiunium

Ad hoc ꝙ ieiunium sit meritoriũ requiruntur quattuor que dñt ipsum comitari.s.largitas/leticia/hora mensura. De largitione dicit hie. Quod manducaturus eras si non ieiunares da pauperibus vt ieiuniũ tuum si saturitas aĩe nõ marsupii lucrum. Illud ieiuniũ.deus approbat vt ait gre. Quod ad aliũ manus elemosinarũ leuat ideo illud quod tibi subtrahis alteri largire vt vnde caro tua affligitur inde indigentis proximi caro releuetur. De leticia dicit xp̃s. Cum ieiunatis nolite fieri sicut ypocrite tristes exterminant enim facies suas vt appareant hominibus ieiunantes. de tercio.s. de hora notandũ ꝙ hora comedẽdi in diebus ieiuniorum est hora nona.vel circa.ita tñ ꝙ scdm ꝙ dicit sctũs tho.in quarto suo. Non opz aspicere astrolabiũ sed sufficit ꝙ non antici-

petur nimis vel notabiliter predicta hora. Unde legitur in primo libro regū.xiiii.c.ꝙ ionathas qui anticipauit horā comedendi morti fuit adiudicatus: de quarto.s.de mensura notandum ꝙ ieiunans dꝫ multū sobrie comedere vñ dicit btūs petrus.i.petri.v.c. Sobrii estote.ꝛc. Et sobrietas ista attenditur tā in cibi qualitate ꝙ̄ in ꝙ̄titate/in qualitate cibi vt.s.hō non comedat cibaria nō prohibita sicut carnes vel lacticinia et sil'r non querantur cibaria exquisita exquisito mō parata vide de hoc supra.c.de interrogationibus faciendis in confessione. Sobrietas etiā attendēda est i ꝙ̄titate vt nō sumat cibus nisi ꝙ̄tū sufficit ad nature sustentationē. Superfluitas enī cibi multa mala facit qꝛ prouocat ad luxuriā et omne opꝰ bonum dissoluit. vñ in figura eius legitur in.iiii.li.regū.xxv.c.ꝙ.nabusardā qui interpretatur princeps cocorum per quem intelligitur vētris ingluuies destruxit muros hierl'm p quos intelliguntur virtutes aīe fidelis. vnde aug. Mens auiditate ciborum laxata perdit orōnis virtutem. Et hiero. Venter mero estuans de facili prorumpit in libidinem.

¶ Quartum consideratū circa ieiunium.s.quot bona facit.

IEiunium debito modo obseruatū tria bona facit. Primo reprimit stimulum carnaliū viciorꝝ. Scdō mētē eleuat ad cōtemplationem diuinorꝝ. Tercio impetrat grām virtutū ꝛ celestium p̄miorꝝ. Et ista tāgūtur in prefatione quadragesimali in qua dr. Qui corporali ieiunio vicia comprimis mentē eleuas virtutē largiris ꝛ p̄mia. Notādū insup ꝙ per ieiuniū intelligunt oēs afflictiones corporales sicut vigilie peregrinationes flagella.ꝛc. ¶ Ca.quartū ꝛ principale est de oratione qui est tercia pars satisfactionis.

ORatio que est tercia pars satisfactionis diffinit sic a damasceno. Orō est pius mentis affectus in deum tendēs ac plerūqꝫ ne animus pigritetur in vocem prorūpēs. vel sic. Orō est cōgeries vocū ad ipetrādum i deum tēdētiū. Notādum ergo ꝙ in orōne non dꝫ peti tēpalia ad minus principaliter. sꝫ dꝫ peti spiritualia ꝛ pertinentia ad salutem. Iuxta illud verbum saluatoris. Primum querite regnū dei ꝛ iust

tiā eius et hec oīa adicientur vobis. s. t̄ palia. Que autem sint petenda in oratione oñdit xp̄s quando discipulis dicentibus sibi. Magister doce nos orare. dixit. Cum oratis dicite pater noster. Et de hoc dicit in tercia parte vbi de ista materia tractabitur in speciali. Ad hoc autem ꝙ oratio sit meritoria ⁊ satisfactoria: requiritur ꝙ habeat. xiiii. conditiones. s. ꝙ sit fidelis / secura / humilis discreta / verecūda / deuota / secreta / pura / lachrimosa / attenta / feruida / operosa / et assidua. de istis nō plus prosequamur q̄z sunt de se note cuilibet aduertere volēti valet deniq̄ʒ oratio contra vicia spiritualia precipue. Unde hiero. super illum locum hoc genus demoniorum non eiicietur nisi in orōne et ieiunio dicit sic. Medicina est cuiuʒ morbo adhibenda. non em̄ sanat oculum quod sanat calcaneum. Jeiunio sanantur corporales pestes. Oratione sanantur pestes anime vel mentis. Si autem queratur que istarum triū partium satisfactionis sit potior. s. oratio / elemosina / et ieiuniū. Dicendum ꝙ si comparentur q̄ntum ad obiectum quod immediate respiciunt vel q̄ntum ad materiam circa quam sunt sic oratio est dignior et potior aliis duabus. Oratio enim habet deum pro immediato obiecto vt patet ex eius diffinitione. Nam oratio est affectus pius mentis tendens in deum Elemosina aūt habet pro immediato obiecto miseriam proximi. ad hanc em̄ releuandam ordinatur. Jeiunium aūt pro immediato obiecto habet lasciuiam carnis: q̄z ad hanc reprimendā terminatur et ordinatur. Oratio enim est circa spiritualia elimosina aūt et ieiunium circa corporalia quare manifestū est ꝙ oratio est dignior ⁊ potior elemosina ⁊ ieiunio. ⁊c. Si autem comparentur q̄ntum ad abitum. sic elemosina est potior oratione et ieiunio. q̄z elemosina continet in se orationem et ieiunium. Jlle enim qui dat elemosinam indigenti obligat ipsum ad orandum pro se deum. ⁊ sic oratio includitur in elemosina. Jlle em̄ qui facit elemosinam est particeps ieiunii et abstinentie illius qui recipit eam. et sic ieiunium in elemosina continetur. Unde credo ꝙ elemosina sic vtilior et potior ad satisfaciendum ieiunio et oratione. Et ista videtur esse in

tentio beati pauli apl'i in prima epystola ad timotheum.c.xi. vbi sic inquit. Exerce autem teipsum ad pietatem.i. elemosinam.nam corporalis exercitatio.i.ieiunium ad modicum vtilis est.pietas autem ad omnia vtilis est promissionem vite habens que est nunc et future.

¶ Ca.v.de mensura penitentie.

QUanto pctm̄ est grauius tanto ceteris paribus debet fieri et imponi maior pnia seu satisfactio pro eo et dico ceteris paribus.qr talis circunstantia posset esse ex parte persone peccantis vel etiam ex parte peccati ꝙ minus graui pctō deberet imponi grauior pnia seu satisfactio. verbi grā. Constat ꝙ interficeret matrem est grauius ꝙ̄ interficere vxorem: et tn̄ de iure grauior pnia est iniungenda vxoricide ꝙ̄ matricide. Et ratio est qr pnia dz esse talis ꝙ sit remediū pcti preteriti ⁊ cautela futuri:et qm̄ hoies sunt magis proni ad vxoricidium ꝙ̄ ad matricidium:ideo vt magis retrahantur maior pnia debet imponi vxorcide ꝙ̄ matricide. Ex simili causa penitentia maior debet imponi lubrico ꝙ̄ seni:sed ceteris parib⁹ quāto pctm̄ est grauius tanto maior pnia est inponenda pro eo. Ad videndum ergo que pnia pro vno quoqꝫ peccato sit imponenda/vidēdum est de gradibus peccatorꝝ.quod scꝫ pctm̄ est grauius altero. Pro quo sciendum ꝙ grauitas peccatorū potest attendi tribus modis. Uno modo circa idem pctm̄.et hoc duobus modis. Uno modo ex parte cause inducentis ad pctm̄. Nam secundū ꝙ dicit gregorius. Peccatum tribus modis cōmittitur.s.ignorantia infirmitate aut certa scientia:studio vel malicia perpetratur. vn̄ pctm̄ quod perpetratur ex infirmitate grauius est ꝙ̄ perpetratum ex ignorantia:sed multo grauius est si perpetretur ex scientia certa. de pe.di.ii. Sciendum. Unde maior est pnia imponenda pro pctō perpetrato ex infirmitate,i.ex tentatione seu fragilitate ꝙ̄ pro pctō perpetrato ex ignorantia sed multo maior pro peccato perpetrato ex certa malicia. Nec est contra illud ambrosius dicentis grauiē peccat qui sibi promittit impunitatem qui contemnit: sꝫ modo grauissime ꝙ̄ ignorat exponendū est grauissimo.i.pe

riculosissime. qꝛ specialiter pnia non agetur cum de pctis igno ratur. vñ ioh. cris. vel os aureū. Nullum inuenitur tale reme diū contra pctā sicut eoꝝ memoria continua. de pe. di. iii. Iu das. et hoc intellige cum homo recordatur de pctō contritio nē non ad delectationē. Alio modo pōt attendi grauitas circa idē ex parte ipsius pcti. Nā vt dicit aug. Sicut tribus gradi bus peruenitur ad pctm̄. scꝫ suggestione delectatione et con sensu ita ipsius pcti sūt tres differentie. scꝫ pctm̄ in corde pctm̄ in opere et ore pctm̄ in consuetudine. ita ꝙ pctm̄ in opere est grauius ꝙ̄ pctm̄ in corde. scꝫ grauissimū est in consuetudine. Vñ tres dr̄is pctōꝝ intelliguntur per tres mortuos quos xp̄s legitur suscitasse. filiā s. archisinagogi / filiū vidue / lazarum / puellam suscitauit in domo: ecce pctm̄ cogitationis. puerū an te portam ciuitatis: ecce pctm̄ operationis. lazarū quatridua nū in monumento: ecce pctm̄ consuetudinis. Itē puellā sus citauit verbo tm̄: puerū verbo et motu. lazarū vero verbo et fletu et lachrymis. Et hoc ad ostendendum ꝙ maior est pnia im ponenda pro pctō operationis ꝙ̄ cogitationis. et multo ma ior pro pctō consuetudinis. Alio modo pōt attendi grauitas inter diuersa pctā: ita tm̄ ꝙ sint eiusdē gnis. sicut aug. de pctō luxurie dicens. Adulterii malū vincit fornicationē: vincitur adulterium ab incestu. Peius em̄ est cū matre ꝙ̄ cū alia mu liere connubere. Sed hoꝝ oim pessimum quod contra natu ram fit. Tercio modo pōt attendi grauitas in pctis: ⁊ hoc in ter pctā diuersoꝝ generū sicut dicit aug. ꝙ grauius est homi cidiū ꝙ̄ adulteriū. xxxiiii. q. ii. Si quid verius. Et vniuersali ter oia pctā que directe committuntur contra deū: sicut ydola tria heresis blasphemia: et similia sūt grauiora aliis. De hoc tñ dicetur in tercia perte gñ agetur de decem preceptis. Viso quō est gradum in pctis videndū est quō debeat sacerdos se hēe circa impositionem pnie. ¶ Circa qd̄ sciendum ꝙ cōmu nis sententia doctoꝝ tenet ꝙ oēs pnie sunt arbitrie. i. arbitrio sacerdotis sunt taxande et hoc consideratis criminum quali tate et ꝙ̄titate. Itē persone dignitate: officio paupertate infir mitate sub debilitate complexione consuetudine societate sa-

chrymis deuotione religione et tēporis qualitate ac oībus cir
cunstantiis supra positis. Et nota ꝙ circa impositionem pe
nitentiarū bonū est scire casus pniales quos ponit hostiensis
in summa sua.ii.de pe.vbi dicit ꝙ qui ipsos ignorat non me-
retur habere nomen sacerdotis et debet confitenti petōri sa-
cerdos declarare qui ad hoc debet esse discretus pniam.tñ po
test moderare secundum qualitatem et sic pōt dicere pro quo
libet peccato tu debes sic penitere sed forte vita tua non suffi
ceret ideo do tibi talem.zc.pro omnibus petis tuis concedo ti
bi ꝙ indulgentie facti prosint tibi et omnia bona que facies ꝛ
et mala que pro amore dei sustinebis iniungo pro pnia. vnde
leo papa. Tp̄a penitudinis.i.pnie habeta moderatione con
stituenda sunt tuo iudicio prout conuersorum.i.penitentium
animos perspexeris esse deuotos. Item in octaua sinodo su
it positum in iudicio eorum qui presunt vel q̄to tp̄e vel quali
modo penitere debeant qui delinqunt.xxvi.q.vi.Tp̄e.et cap.
Hoc sic hoc idem dicit hiero.de pe.di.i.Mensuram.s.in arbi
trio sacerdotis esse derelictum tēpus pnie. Ut aūt magis par
ticulariter sciant simplices sacerdotes quomodo in impositio
ne pniaꝝ procedere debeant sciendum ꝙ regulariter pro per
iurio adulterio fornicatione.homicidio voluntario et ceteris
criminibus capitalibus est septēnis pnia imponēda ꝛ hoc du-
plici rōne:vna qꝛ dn̄s precepit mariam sororem moysi ꝛ aarō
lepra precussam per quā intelligitur lepra cuiuslibet peti mor
talis septem diebus manere extra castra:et post mundationē
rediret ad castra hec ratio ponitur.xxxiii.q.iii.hoc ip̄m ꝛ scd̄m
hoc per diem intelligimus annum. Iuxta verbū dn̄i dicentis
per prophetam. Diem pro anno tibi dedi. Alio ratio est vt si-
cut per peccatum mortale petōꝛ amisit septiformem gratiam
sp̄ussancti ita per pniam septēnem eam recuperet. ¶ Notā-
dum ꝙ licet dictum sit pro eiusmodi criminibus sit imponen
da septēnis penitentia tamen magis vel minus aspera debet
imponi prout maioritas vel minoritas criminis pensatis ce
teris circunstantiis hoc exposcit vt in sequentibus apparē-
bit. ¶ Sunt autem plures casus in quibus propter

peccantis dignitatem ⁊ vel peccati enormitatem imponitur
maior penitētia vel etiam ex variis causis minor. Nam pres
byter si fornicationē fecerit debet agere penitentiam.x.annoꝝ
scdm formam traditam.lxxxii.di. Presbyterum. Et istud in
telligunt quidam de simplici fornicatione. Alii vero et forte
melius de incestu adulterio: et qui cognouit consanguineam
vel affinem. Item si presbyter cognouit suam spūalem quā
baptisauit: vel de sacro fonte leuauit: vel cuius confessionem
audiuit vel in confirmatione tenuit: dꝫ habere pniam.xii.an
norum et dꝫ deponi: et ipsa dꝫ etiam relinquere res suas pau
peribus et in monasterio deo vsqꝫ ad mortē seruire. xxx.q.i.
Si quis sacerdos. Item qui cognouit nominialē debet age
re pniam decē annorum ⁊ similiter ipsa secundum formā po
sitam.xxx.iiii.q.i. De filia.⁊ c. Deuotā. Matricida debet peni
tere decem annis scdm formam satis asperam positā.xxxiii.q
iii. Latorē. Uxoricidie adhuc imponetur maior pnia.xxxiii.
q.i. Admonere. Notandum etiamꝙ parentibus in quorum
lectis inueniantur filii mortui ille ex cuius culpa contigit si sit
solutus. dꝫ induci vt intret monasterium eiusdem epatus vbi
peccata sua deploret perpetua pnia. Si tñ non poterit ad hoc
ꝓpter carnis fragilitatē induci/ concedenda est ei licentia cō
trahendi matrimonium imposita sibi in seculo permanenti
graui pnia. Similiter non debet induci ingredi monasteriū
in aliis duobus casibus: quorū vnus est qñ alter coniugum
viuit. nisi forte coniunx vellet similiter ingredi. Alius caꝰ est
si habeat filios paruos a quibus non potest recedere nisi ali
quis timens deum sine suspicione illos educaret si autem scie
ter illud acciderit puta qꝛ negligenter collocauit filium suū
in lecto et in mane inuenit eum extinctum dꝫ vt dicunt aliq
doctores agere pniam.iii.annorum quorū vnus sit in aqua et
pane. extra de his qui occiderunt filios. c.i.ii.et.iii.q.i. Consul
uisti pro homicidio casuali imponenda est penitētia.v.anno
rum qñ culpa precessit casum aliter nulla nisi forte ad caute
lam.l.di. eos vero et duobus ca. sequenti. Et credo ꝙ idem est
iudicium de homicidio necessario/ de ista materia videtur in

tecia perte de decem preceptis de vicio sodomitico q̃tum sit detestabile pz per aug. di q longe maius crimen est q̃ matrē cognoscere. pz etiam p penam sodomitis inflictā qui in igne et sulphure de celo missis perierent. Illud etiā pctm̄ clamat spūaliter in vindicta ad dn̄m. Unde in ge. dicit dn̄s. Clamor sodomorum ⁊ gomorreor venit ad me. qz vt dicit aug. Uiolatur per istud peccatum societas que in nobis dz esse cum deo cum ipsa natura ipse est actor/libidinis peruersitatez polluitur. xxxii. q. vii. Flagi. De isto etiam pctō dicit aug. videns deus in humana natura tm̄ nefas contra naturā fieri fere desiit incarnari. et infinita mala de isto nephando crimine possunt dici: est enim tante maledictionis q non solus actus sed etiā prolatio siue noiatio os loquentis: aures audientium ipsaqz quodāmodo polluit elementa. Et istud male cogitant hyspani. Puer em̄ in cunabulis existentes et etiam mulieres mulichri postposita verecundia istud nefandum et execrabile verbum quod castellani nominant omnibus verbis suis immiscent vnde credo q pro hmōi nephandissimo crimine sit grauissima inungenda pena. Multa alia crimina ponuntur in diuersis capitulis in corpore decretorū pro quibus maior pena q̃ septennis est imponāda que dimitto hic. qz talia crimina de iure ⁊ consuetudine reseruantur iudicio epōrū q̄s credo talia iura meli⁹ scire me. ⁊ tm̄ indistincte credo oēs pn̄ias hodie esse arbitrarias. i. arbitrio sacerdotū taxandas pesatis cōtritione ⁊ conditione pctōr et oibus aliis circunstantiis. vn̄ possez esse tanta cōtritio cōfitentia q p maxio pctō esse modicā immo quasi nulla pn̄ia imponenda. Sicut fecit dn̄s clemens papa quart⁹ qui dū equitaret quadā die p romā quedā mulier q̄ de remotis partib⁹ venerat acessit ad eū portās vnus paruulum puez in brachiis ⁊ voce magna cū magnis lachrymis clamauit pater sancte miserere mei peccatricis et da michi penitētiā qz habui filiū meum quē hic porto a filio meo. Et papa corā oibus absoluit eā a pctō ⁊ imposuit ei penitentiam vt ieiunaret sexta ferias per annuz in pane et aqua Et muler recedens et reuoluens secum grauitatem pcti et

note

paruitatem pnie credidit ꝙ papa non bene intellexisset eā et
in castrinū accessit ad papā et confessa est sicut prius. papa ab
soluit eā imposita pnia sibi ꝙ diceret tria pater nr̄. Mulier
itaq; recedens ⁊ secum vt prius peccatū pniamq; reuoluens
iterato ad papā redit et corā oibus vt prius confessa est/quā
papa absolnit imponens ei pniam ꝙ diceret vnū pater nr̄. ⁊
cum interrogaret papā quare ita modicam pniam sibi impo
neret. Respondit papa. ꝙ plus ascendit contritio dolor ⁊ ve-
recundia quam passa est ita publice confitendo pctm̄ suum
q̄ si oibus dieb⁹ vite sue ieiunasset cum pane ⁊ aqua. exēplo
ergo isto cōfessor in impositione pnie dz attendere cōtritionē
dolorē ⁊ verecundiā cōfitentis ⁊ scd̄m ꝙ videbit maiorē vel
minorē cōtritionem dz imponere maiorē vel minorē pniam.
¶ Notandum tn̄ ꝙ in pctō vbi debet fieri renunciatio sicut
in symonia. vel restitutio sicut in furto rapina depredatione
incēdio vsura fraudulētia et dolosa negociatione ludo scd̄m
distinctionem suprapositā dz imponi pnia ꝙ renūciet aut re-
stituat si pōt. si non potest ꝙ sic habeat aiam restituendi ⁊ do
leat ꝙ nō pōt: et ꝓmittat ꝙ si deus det sibi de quo ꝙ restitu-
et alias nō absoluatur nec ei penitentia imponatur. ¶ No
tandū ꝙ sacerdos semper debet imponere pniam ꝑ contrari
um correspondētē ipsi pctō vt superbo orōnē/auaro elemo
sinam/luxurioso ieiuniū. et si videatur expediēs peregrina-
tionē vel loci mutationem vt sic maceret caro ⁊ refrenetur a
delectatione ex mēoria facti vel aspectu persone vel loci cum
qua vel in quo peccauit ⁊ perpetratū fuit pctm̄. lxxxi. di. Va-
let. xv. q. i. mulier. Notandum insuꝑ ꝙ sacerdos dz cauere ne
imponat pniam seruo ꝑ quam fiat ꝑiudiciū dn̄o nec discipu
lo ꝑ quam fiat ꝑiudicium magr̄o nec ecōtra. Et maxie etiam
caueat circa virū et vxorē ne imponat pniam talē alteri per
quam ali⁹ possit deuenire in cognitione pcti. Sed pone aliq̄s
confitetur de pctis suis ⁊ dicit se penitere. non tn̄ vult subire
onus penitentie dicens se delicatū ifirmum ⁊ male cōplexio-
natum: et similia quid faciet de isto. Dico ꝙ si dicat se penite
re de pctis et ꝓponat decetero abstinere cū allegat infirmita

tem fragilitatem ꝛ accusat asperitatem satisfactiōis sacerdos debet ipsum reducere vt animum paratū ad oēm satisfactionem habeat sibi ostendendo magnitudinē pctōꝝ suoꝝ. ꝛ q̄ et q̄ta bona amittit ꝓpter ista que oīa recuperabit penitentiam ostendendo etiam que et q̄ta christus sustinuit pro peccatis nostris q̄ tn̄ erant summe delicatus. ꝛ quot ꝛ quanta sustinuerunt sancti martyres. ꝛ sancte virgines tenere ꝛ delicate a peccatis immunes subiungat ergo sacerdos. q̄ta ergo pena debetur ꝛ tantis peccatis q̄ tu commisisti. Et multa talia dꝫ ōndere ei. Et si cū oībus istis nō pōt ipm inducere ad pniam imponat et talem quam verisilr̄ credat euꝫ portare posse. Et ad hoc inuitat nos xp̄i exm̄ qui nunq̄ legit grauem imposuisse pniam nisi vade et amplius noli peccare. Unde ioh. cris. insup illum locum. Alligant onera grauia. ꝛc. dicit. Si erramus ꝓpter pniam modicā iponentes nōne melius est ꝓpter miam dei dare rōnem q̄ propter nimiam crudelitatē succūbere penitentē. xxvi. q. vii. Obligant. aug. Si non pōt gaudere sacerdos de oīmoda purgatione peccatoris gaudeat saltē qꝛ liberatū a gehēna mittit ad purgatoriuꝫ. Ex quo patet q̄ si pnia nō sit cōdigna cōplebitur in purgatorio. Referēdo ad sapꝛ dicta que diligenter volum⁹ annotari. Itē pone aliq̄s confitetur pctā sua ꝛ bene vult abstinere ab vno ꝛ ab altero non / nunq̄d admittendus est ad pniam. Dico q̄ sacerdos dꝫ confessionem illi⁹ audire ꝛ recipere: non tn̄ dꝫ euꝫ absoluere sed dꝫ de pctis sibi cōfessas salubrius cōsilium qđ poterit exhibere ꝛ consulere q̄ faciat aliquam pniam de pctis suis ꝛ inducat eum ad bonum quantū poterit ꝛ oīa bona que ipse de cōsilio sacerdotis faciet q̄tuncunq̄ in forma. i. sine caritate facta. q̄uis nō valeant sibi directe ad vitam eternam obtinendam tn̄ valebunt sibi ad quattuor vel ad aliqua ipsorum. Primo ad extremi iudicii supplicium tolerabilius sabenndū de. pe. di. iiii. Si quis. Secundo ad temporalem prosperitatem obtinendam. de. pe. di. iii. Canandum. xxii. q. ii. Si quilibet. Tercio ad hoc vt illustretur cor eius ad penitentiam. de pe. di. iii. Flens. in fine. Quarto qꝛ dyabolus non potest

ei tñ nocere sicut patet de iudeo de quo narrat grego. in dya logo ꝙ qꝛ se signauerat dyaboli non potuerũt ei nocere. Ex predictis patet ꝙ ad hoc ꝙ pnia sit satisfactoria et meritoria opꝫ ꝙ si facta i caritate. i. ille qui facit eã sit sine peccato mortali. Sed pone alicui fuit iniuncta pnia: ⁊ anteꝙ̃ soluat pniam suã labitur in pctm̃ mortale. et exñs in pctõ complet penitentiã iniunctã postea redit ad statũ gratie. nunquid valet ista penitentia vel tenetur eã iterare. Ad hoc dicit sanctus in. iiii. sno ꝙ quedam sunt opera satisfatoria quorũ effectus manet postꝙ̃ ipsa facta sunt sicut postꝙ̃ facta est elemosina ad huc manet effectus. i. diminutio substantie temporalis dãtis. Similiter postꝙ̃ aliquis ieiunauit. adhuc remanet effectus ieiunii qui est debilitas corporis ieiunantis, et ꝙuis sint in peccato mortali facta. tñ non opꝫ ꝙ reiterẽtur. Alia sunt opera satisfactoria que postꝙ̃ sũt facta nichil remanet de eis sicut oratio ⁊ ideo si fiãt in peccato mortali oportet ꝙ reiterẽtur. Unde si alicui fuit in in penitẽtia iunctum ꝙ dicat centũ. Pr nr si dicat ea existens in peccato mortali non implet pniam: immo oportet ꝙ iteret ea existens in gracia secus est de elemosina et ieiunio vt dictum est. ¶ Circa hoc sciendum ꝙ opera facta in caritate mortificãtur per sequens peccatũ mortale ⁊ viuificantur postea per verã penitentiã si sequatur. Sed illa q̃ nunꝙ̃ fuerũt viua. i. illa que fuerũt facta in pctõ mortali nunꝙ̃ possũt viuificari. Hꝰ. Illa reuiuiscunt que mortificata fuerunt. Sed nõ reuiuiscunt que mortua facta fuerunt.

not[a]

¶ Ca. v. vtrum vnus possit satisfacere pro alio.

Nunc restat videre vtrum vnꝰ possit satisfacere ꝑ alio. Circa qđ notanduꝫ est ꝙ ille ꝑ quo alius satisfecit aut est viuus aut mortuus si sit viuꝰ aut ipse potest per se satisfacere aut nõ: si põt dico ꝙ vnus non potest satisfacere ꝑ alio Et rõ que me mouet ad hoc est ista. Equitas eniꝫ iusticie exigit vt qui peccauit satisfaciat, et hoc si põt sꝫ iste peccauit ⁊ potest per se satisfacere: ergo oꝫ ꝙ satisfaciat. Si aũt non potest per se satisfacere tunc dico ꝙ alius potest satisfacere pro eo. Sed ad hoc requiruntur multa quedam ex parte illius qui

satisfacit. quedam ex parte illius pro quo satisfacit. quedam ex parte utriusque. quedam ex parte operis satisfactorii. Ex parte illius qui satisfacit requiritur propinquitas. s. quod ille qui satisfacit sit obligatus propinquitati sanguinis illi pro quo satisfacit sicut credo quod si pater esset impotens ad satisfaciendum filius posset ceteris concurrentibus satisfacere pro eo. et ratio est quia pater et filius sunt quasi una persona. Ex parte illius pro quo satisfacit requiritur necessitas. s. quod indigeat: et esset impossibilitas. s. quod non possit per se satisfacere. Ex parte utriusque requiritur caritas. s. utrumque sit in caritate. quia caritas est radix merendi et sine illa nullum est opus satisfactorium. Ex parte operis satisfactorii requiritur quod ille qui satisfacit pro alio satisfacit plusquam ille pro quo satisfacit. Sicut ille qui pro quo satisfacit esset obligatus ad ieiunandum sextam oportet quod ille qui satisfaceret pro eo amplius ieiunaret. Credo etiam quod oportet quod fiat auctoritate superioris. si autem ille pro quo satisfacit sit mortuus aut est in paradiso. et tunc non indiget quod aliquis pro eo satisfaciat. quia ut dicit aug. Iniuriam facit martyri qui pro martyre orat. quod intelligendum est de quolibet existente in paradiso. ut expresse dicitur de cele. missa. Cum marthe. Aut in inferno: et tunc secundum opinionem omnium theologorum nichil quod fit pro eo proficit sibi: quia in inferno nulla est redemptio. Aut est in purgatorio: et tunc potest satisfieri a vivis pro eo. Et ita dicit aug. in libro de agendis circa mortuos ubi dicit. Non estimemus ad mortuos pro quibus curam gerimus pervenire nisi quod pro eis sive altaris sive elemosinarum sive orationum suffragiis supplicetur. xiii. q. ii. Non estimus. Et gre. Anime defunctorum quattuor modis solvuntur aut oblationibus sacerdotum: aut orationibus sanctorum: aut vivorum carorum elemosinis: aut ieiuniis cognatorum. Licet autem de penitentia multa essent dicenda hec tamen que dicta sunt brevitatis causa sufficiant. Super operis imperfectione veniam postulans a lectore ut que corrigenda viderit et addenda non invidenti animo sed benigno corrigat et emendet.

¶ Finit secunda pars principalis huius libri. ¶ Incipit tertia pars. De articulis fidei. et his que pertinent ad infor

mationemem populi.

QUoniam dñs ac magr̃ nr̃ iesus xp̄us de mundo ac censurus ad p̄rem discipulos se haberēt ad fideles quos suo redemerat sanguie instruēs dr̄. Euntes in mundum vniuersuȝ docete omnes gētes. In quo rectores eccliarum discipulis succedētes instruxit ⁊ monuit vt sibi subditos doctria sua salutifera informarent: vt in veteri lege est pulcherrime. figuratum vbi legitur ꝙ in r̃onali iudicio qd̄ sacerdos gerebat i pectore doctrina ⁊ veritas erāt sculpta. In qua re dabar̃ intelligi ꝙ euangelici sacerdotes veritatis doctrinā in se debent gerere et eā suis subditis annunciare alio quin saiam maledictionis incurrūt sicut eis p ysayā dñs comminatr̃ dicens. ve vobis canes muti non valentes latrare. merito enim rector ecclesiastic⁹ canis dr̃ qȝ latratu predicationis euangelice lupos i. demones arcere debet a grege dñi: ⁊ dormientium in pctis aīos excitare. Sed tunc mutus efficitur dū desidia torpet vel ex ignorantia tacet ⁊ iō merito a dño reprobatur. qȝ ex ore sūmopere laborare dȝ ⁊ solerti ac sollicito aīo vigilare ne diuine scie ignar⁹ existat quinimmo tm̄ de ea scire tenetur ꝙ sciat suum officium debite exequi ⁊ sibi ppl̄m cōmissum informare ⁊ hoc quantū ad ea q̄ populus dȝ scire que quo ad nunc p̄nt reduci ad quinqȝ. s. ad credenda ad petenda ad facienda ad fugienda: et ad speranda. Debet ergo rector ecclesiasticus sibi subditos instruere quid credenduȝ quid petēdum q̄d faciendum quid fugiendum q̄d sperandum. Primū continetr̃ in articulis fidei / scd̄m in petitionib⁹ dñice orōnis. terciū ⁊ quartum in preceptis decalogi. quintum in dotibus glorie paradisi. Et de istis in tercia parte est agendum. Et secundū hoc ista tercia pars diuiditur i quattuor. ca. ¶ Ca. i. erit de articulis fidei. Secundum de petitionibus orōnis dñice. Tercium de decē p̄ceptis. Quartum de dotibus btōꝝ.

¶ Ca. i. de articulis fidei.

TEste apl̄o. Sine fine impossibile est placere deo. Fides enim est fundamentum oim̄ bonoꝝ operum. sine qua oīs edificatio constructa perit atqȝ cadit. Ista autem fides in

articulis fidei completissime cōtinetur. qui articuli in symbolo continentur. Notandum ergo ꝙ quattuor sunt symbola. que licz in verbis sint varia in sensu tamen ꝛ snia sunt vnuz Primum vocatur symbolum apostoloꝝ. Credo quod dr̄ in complstoria et prima. et vocatur symbolum aplorꝝ. qz apostoli recepta spiritussancti grā illud cōpasuerunt. vocatur ex hoc symbolum qz dicitur singulis ꝛ bolus qz quilibet ipsorꝝ posuit bolum suum vnde beatus petrus incipit dicens. Credo in deum patrem omnipotentē. ꝛc. Ceteri autem apostoli fuerūt prosecuti. Secundum credo vocatur symbolum nicenum. qz sancti patres in niceno symbolo composuerunt illud et cantatur in missa sicut dictum fuit in prima parte tractatꝰ de eucharistia. ca. x. Tercium vocatur symbolum athanasii. qz sanctus athanasius ipm composuit. Et istud dicit in prima diei. s. quicunqꝫ vuult saluus esse. Quartum pōt vocari symbolū innocentianum siue lateranense. qz fuit compositum sub innocentio in consilio lateranense. Et ponitur extra de sum. et fi. ca. c. Firmiter credimus ꝛ ita sunt in quattuor euangeliis tota veritas doctrine et fidei cristiane comprehenditur ita in quattuor symbolis omnes articuli fidei continentur. Et sicut omnium quattuor euangeliorum est eadem doctrina. ita oim istorum symbolorum est vna snia atqꝫ fides vt sic iuxta visionem ezechielis rota sic in medio rote. ¶ Materia ergo istorum quattuor symbolorum sunt articuli fidei qui quidez articuli fide ab aliquibus dicuntur esse. xii. et ab aliquibus. xiiii. Illi qui dicunt eos esse. xii. distingunt eos penes numerum duodecim appostolorum qui vt dictum est / symbolum composuerunt fidem catholicam predicauerunt atqꝫ ecclesiam fundauerunt illi autem qui dicunt esse. xiiii. distingunt eos esse penes materiam de quibus sunt. cum ergo materia de qua sunt articuli fidei sit diuinitas et humanitas. qua dominus noster iesus ihristus verus deus ꝛ verus homo est. Igitur secundum istos sunt septem articuli pertinens ad diuinitatem et septem pertinentes ad humanitatem: articuli pertinentes ad diuinitatem distiguntur sic. quia vnus respi-

cit essentiam/tres respiciunt parsonam/et tres opera perso-narũ. articulus ille q̃ respicit essentiam est credere in vnũ ꝛ trinum deum vnum vz in essentia et trinum in personis. Et cõtra istum articulum errauit manicheus qui posuit duos deos vnum bonum bonum et alterum malũ. Et ad remouendum istum errorẽ cum diceretur in symbolo apostoloꝝ solũ credo in deum. In simbolo niceno fuit aditum in vnum deũ. Et de isto articulo dr̃ in simbolo athanasii. Fides autẽ catholica hec est vt vnum deũ in trinitate ꝛ trinitatem in vnitate veneremur. quasi dicat credamus deũ esse vnum in essentia ꝛ trinũ in personis. articuli aũt pertinẽtes ad personas sũt tres. Primus est credere in personam patris Et de isto articulo dr̃ in vtroqꝫ symbolo. Patrem omnipotentem: ita q̧ pater est prima persona in trinitate non quidẽ prioritate nature vel tp̃is sed solum prioritate originis. qꝛ persona prima anullo originatur. sed alie personẽ originãtur ab eã. Et istud tangitur in symbolo athanasii cũ dicitur Pater a nulla est factus nec creatus nec genitus. Scd̃s articulus de illis q̃ pertinẽt ad personas est credere in persona filii. Et de isto dr̃ in vtroqꝫ symbolo. Et in iesum xp̃m filiũ eius vnicũ dñm nr̃m ita q̧ debemus credere quod persona filii non fit nec creatur. sed a patre generatur et hoc tangitur in symbolo athanasii cũ dr̃ Filius a patre sola est non factus nec creatus sed genitus. Cõtra istũ articulum errauit arrius qui dixit filium dei esse creatum et minorem patre. ideo contra errorẽ arrii fuit additum in symbolo niceno deũ de deo lumen de lumine deum. verũ de deo vero genitum non factũ. licet ei xp̃s sit minor patre inq̃tum homo tñ inq̃tũ deus est equalis patri. ita dicit athanasius. Equalis patri scd̃m diuinitatem minor patre scd̃z humanitatẽ: fuerunt ei aliqui heritici vocati ambrite qui dixerunt filiũ esse genito a patre ex p̃te/et non fuissẽ ab eterno. ꝛ cõtra istũ errorẽ fuit additum in symbolo niceno. Ex patre natum ante oĩa secula. Tercius articulus de illis q̃ pertinent ad personas est credere in persona sp̃ũssancti: de isto articulo dr̃ i symbolo aplorꝫ. Credo in spiritũ sanctũ sanctam ita q̧ debemus crede-

ē spiritūsāctum esse verum deū ex patre et filio procedentem
ita vt dicit athanasius. Spūssanctus a patre et filio nō fact⁹
nec creatus nec genitus sed procedens. contra istū articulum
errant greci dicentes spiritumsanctum a solo patre procedere
et contra errorē eo℞ addit ecclesia romana in symbolo niceno
Qui ex p̄re filioq₃ procedit. fuerunt etiā aliqui heretici q̄ dix
erunt spūsctm̄ esse creaturam ⁊ nō deum vn̄ contra errorē il
lo℞ additū fuit in niceno symbolo. Qui cū patre ⁊ filio simul
adoratur ⁊ glorificatur. Nulla ei creatura d₃ adorari equalē
adoratione cū deo. Cōtra illos tres articulos de trinitate per
sonarum errauit sabellius qui posuit confusionē persona℞ di
cens q̄ eadē persona q̄nq₃ erat p̄r q̄nq₃ spiritussctūs. cōtra quē
errorē dicit athanasi⁹. Alia est eni persona p̄ris. alia filii. alia
spūssctī. vn̄ sciendū q̄ vna persona est alia ab altera: nō tn̄ est
aliud: vn̄ ista est vera p̄r est ali⁹ a filio sed ista est heretica ⁊ fal
sa: p̄r est aliud a filio q₂ hec dictio q̄ est masculini gn̄is dicit di
uersitatē in persons sed hec dictio aliud que est neutri gene
ris dicit diuersitatē in essentia. alia tres articuli pertinent ad
opera trinitatis. Quo℞ operū quedā pertinent ad opus natu
re. sc₃ ad opus creationis et de hoc est vnus articulus q̄ dicit q̄
debemus credere deum esse creatorem omnium creaturarum
Et de isto articulo dicitur in symbolo apostolo℞. Creatorem
celi et terre Contra istū articulum errauit manicheus qui dix
it q̄ deus bonus bona creauit inuisibilia: sed deus mal⁹ crea
uit res visibiles. vn̄ contra errorē suum fuit additum in sym
bolo niceno. Visibilium oim et inuisibilium. Notandū tn̄ q̄
in symbolo apostolo℞ dicit creatorē. In symbolo aūt niceno
dicitur factorem. Et dr̄ia est inter creare et facere. Creare em̄
est aliquid ex nichilo producere: sed facere est producere aliq̄d
ex aliquo. Q₂ ergo deus creauit in principio angelos et mate
riam omnium tam celestium q̄ terrestrium ex qua postea fecit
animalia. ideo dicitur creatorez q₂ vero postea ex illa materia
cit omnes alias creaturas. ideo dicitur factorē. Operū autem
dei quedam pertinēt ad op⁹ gratie. s. ad opus iustificationis.
Et de hoc est vnus articulus quo credere debemus q̄ per gra

tiam fidelis spiritualiter uniuntur ⁊ remittuntur peccata fi-
delibus unitis in unitate ecclie et catholice fidei. Et de hoc di
citur in symbolo aplorum. Sanctam eccliam catholicam. i. uni
uersaliter. sctorum cõmunionem remissionem peccatorum. Et in
isto articulo comprehenduntur omia sacramenta ecclesie. Et
quicquid sacrosancta romana ecclesia de baptismo ⁊ euchari
stia et aliis sacramentis ecclie in quibus fideles ecclesie adin-
uicem participant ⁊ cõicant / per que sit remissio pctorum perce-
pit et docet esse credendum. Contra istũ articulum errauit pe
lagius qui posuit quod per solum actum liberi arbitrii absque gratia
dei poterat haberi remissio pctõrum. Cõtra etiã istum articu
lum errauerunt iacobite ⁊ nicholaite ioutani valdẽses ⁊ uni
uersaliter oẽs heretici iudei sarraceni gentiles pagani ⁊ qui
cunque de baptismo eucharistia ⁊ aliis sacramẽtis credun ali
ter quam sancta romana ecclesia. Contra etiam hunc articulum
errant specialiter greci ⁊ oẽs alii scismatici qui negant sacro
sanctam eccliam romanam esse caput ⁊ magistrã oim ecclesi
arum. Unde contra istũ errorem fuit additũ in symbolo niceno
unã apostolicã ecclesiam. Cõtra etiã errorem donati qui posu
it baptismum iterari. fuit additũ in symbolo niceno. Confite
or unum baptisma. ⁊c. Operum etiam dei quedã pertinẽt ad
opus ecclie. s. ad opus glorificationis. Et de hoc est unus arti-
culus uez quod credimus uirtute dei oẽs resurrecturos tã bonos
quam malos: et bonos esse premiandos. malos aũt puniendos. ⁊
de isto articulo dr in symbolo aplorum. Carnis resurrectionem
⁊ uitã eternã. Et in symbolo niceno. Et expecto resurrectio-
nem mortuorum. Et uitã uenturi seculi. Contra istum articu-
lum errabãt saducei qui negabant resurrectionem esse uentu
rã Cõtra etiã istum articulum errauit plato qui posuit resurre
ctionem esse naturalẽ. ⁊ sic fieri: uirtute. s. in fine magni an-
niqui cõplebitur ut dicebat in. xxxvi. milibus annis. Contra
etiã istum articulum errauit origenes qui posuit malos in in
ferno puniri solum usque ad diem iudicii. Unde contra istos
errores dicitur in symbolo athanasii. Ad cuius aduẽtũ. hoc est
uirtute cuius contra errorem platonis oẽs hoies resurgere

bunt cum corporibus suis: contra errorem saduceorum. ꝛ red
dituri sunt de factis propriis rationem. Et qui bona egerunt
ibunt in vitam eternā: qui vero mala in ignem eternum. cō-
tra origenis errorem. Isti sunt ergo septem articuli pertinēs
ad diuinitatem. Alii aūt septem ꝑtinent ad humanitatem.
¶ Primus est de cōceptione filii dei. scilꝫ credere ꝙ filius dei
conceptus fuit in vtero matris beate marie virginis virtute
spiritussancti. Et de hoc dicitur in symbolo apostoloꝝ. Qui
conceptus est de spiritu sancto. Et in symbolo niceno. Qui
propter nos hoīes et ꝑpter nostrā salutem descendit de celis
et incarnatus est de spūsancto. Contra istū articulum erra-
uit manicheus dicens dei filiū nō verā carnem sed fantasticā
assumpsisse Et cōtra istū articulū dicit in symbolo athanasii
Perfectus deus perfectus homo ex aīa rōnali ꝛ humana car
ne subsistens. Secūs articulus de pertinentibus ad hūanita-
tem est de natiuitate xp̄i. s. credere filium dei ab eterno geni-
tum a patre. natum ex maria virgine ex tp̄e que virgo exti-
tit ante partum in partu et post partum. Et de isto articulo
dicitur in vtroqꝫ symbolo. Natus ex maria virgine. Contra
istū articuluꝫ errāt perfidi iudei negātes dei filium ex maria
virgine natum. Cōtra etiā istum articulū errauit nefandus
ille iouinianꝰ dicens ꝙ licet beata virgo cōcepit virgo tn̄ in
partu fuit corrupta Et cōtra istum errorem dicitur. Natus
ex maria virgine. Tercius articulus est de passione xp̄i. s. ꝙ
credimmus dei filium ꝑ salute nostra passum crucifixū mor
tuum ꝛ sepultū. Et hoc quo ad naturā hūanā qꝛ natura diui
na nichil patiebatur. Et de isto articulo dicitur in vtroqꝫ sym
bolo. Passus sub pontio pylato. crucifixus mortuus et sepul
tus. Contra istum articuluꝫ errauit spurcissimus machome
tus qui quamuis in altero canone suo dicat xp̄m ex maria vir
gine natum. tn̄ negat passum vel crucifixum fuisse: sed vnum
alium loco eiꝰ. Contra istū articulum errauit origenes dicēs
xp̄m non solum passum fuisse pro hoībus immo etiam pro de
demonibus in aere qn̄ ascendit ad celū. Et contra istū erro-
rem dr̄ in symbolo niceno. Qui propter nos homines et pro

pter nostram salutē descendit de celis. Quartus articulus pertinēs ad hūanitatem est de descensu ad inferos scz credimus ꝙ aīa xp̄i que in morte separata fuit a corpore: vnita tamen diuinitati: corpore etiā diuinitati vnito in sepulchro remanēte descendit ad lymbum sanctoꝝ patrum qui est quedā pars inferni. et sanctos patres qui in fide de xp̄o incarnando / ꝛ in caritate decesserāt inde liberauit petōribus in inferno remanētibus dānatis. Et de isto articulo dicitur in vtroqꝫ symbolo. Descendit ad inferos. Quintus articulus est de resurrectione. s. ꝙ credimus dei filiū resurrexisse a mortuis tercia die secundum ꝙ scripture pphetarū p̄dixerant. Et de isto articulo dr̄ i symbolo niceno. Tercia die resurrexit a mortuis. Vn̄ notandū ꝙ xp̄s fuit in sepulchro tm̄. xl. horis. sed dr̄ ibi fuisse tribus dieb⁹ qd̄ scd̄m aug. intelligēdum est p sinodochem vt ponatur pars diei p tota die. Vn̄ ip̄e xp̄s fuit ibi p vltimam partē diei veneris. qꝛ in cōpletorio illi⁹ diei fuit positus in sepulchro. et fuit ibi per totā diē sabbati et per partē diei dn̄ice qꝛ in aurora resurrexit. Sextus articulus est de ascēsu ad celos. s. quo credim⁹ ꝙ. xl. die a resurretione sua xp̄s cū magna comitētia angeloꝝ ꝛ aiarum sc̄toꝝ patrum quas ab inferno abstraxerat ascendit ad celos. Et de isto articulo habetur in vtraqꝫ symbolo. Ascēdit ad celos sedet ad dexterā dei patris oīpotentis. Septimus articulus est de aduentu ad iudiciū. s. credere ꝙ xp̄s in fine mundi in forma humana apparebit cū virtute magna ꝛ ptāte i valle iosaphat. ꝛ ibi iudicabit bonos et malos. Et de isto articulo dicitur in vtroqꝫ symbolo. Inde venturus iudicare viuos ꝛ mortuos. Isti ergo sunt. xiiii. articuli fidei. quorū septē pertinēt ad diuinitatē. ꝛ septem ad humanitatē. Et istos articulos debēt sacerdotes suos subditos edocere. et maxime istos q̄ pertinent ad hūanitatē. et potissime de illis de quibus ecclesia solennizat sicut est articulus cōceptionis de quo fit festū in annunciatione beate marie. ꝛ articulus de natiuitate de quo fit festum in natali dn̄i. ꝛ articulus de passione de quo fit festū in parasceue. et articul⁹ de resurrectione de quo fit festum in pascha. et articulus de ascen

tione dñi. Istos etiam articulos cū articulo de aduētu ad iudiciam quilʒ fidelis postq̄ venit ad annos discretionis tenet scire explicite. Et de istis articulis ad humanitatē pertinentibus habentur versus. Nascitur abluitur patitur descēdit ad ima. Surgit et ascendit veniet discernere cuncta. Hec est catholica fides quā corde credo et ore confiteor in qua fide volo viuere ꝛ mori potestas me in omnibus credere sicut sacrosancta romana ecclesia credit. Et si quid min⁹ bene dixerim totum reuoco vt non habeatur pro bene dicto.

¶ Ca. ii. de petitionibus orationis dñice.

Modum et formā orandi saluator tradens discipulis dixit mathe. vi. ca. ꝛ. lu. xii. Cum oratis dicite. Pater nr̄ qui es in celis. ꝛc. Circa qd̄ notandū ꝙ ista oratio excellit oēs alias orationes. Primo rōe magistri qui eā composuit q̄ fuit xp̄s: verus deus ꝛ verus homo in quo oēs thesauri sapiētie ꝛ scientie dei sunt absconditi. quanto ergo magister qui istam orōnem cōposuit oēs alios magistros tanto ista oratio excellit oīs alias orōnes vnde ista oratio. vocatur dñica oratio qꝛ dñs dñantium cōposuit eam ꝛ ordinauit. secundo excellit oīs alias orationes ratione forme. Et enim ratio benignissima et breuissima ita ꝙ nemo se pōt excusare et dicere ꝙ ratione prolixitatis generet tedium vel fastidiū. et lʒ sit breuis in verbis est tñ multū profunda in sensu ꝛ ad impetrandum efficacissima vnde de ea dicit sapiēs. Breuis oratio penetrat celos. tercio excellit oīs alias orationes ratione materie de qua est. In ipsa enim continentur oīa necessaria tam in ista vita q̄ in alia. vnde notandum est ꝙ saluator in isto orōne procedit sic. Primo docet nos captare dei beniuolentiā. Secundo docet modum orandi et formam. Primū facit cum dicit pater noster. Secundū facit cum dicit adueniat regnū tuum. ꝛc. Circa primū duo facit. Primo docet nos captare dei beniuolentiā. Scd̄o docet nos captare orationis efficaciam ibi sanctificetur nomē tuum. Dicimus ergo, pater noster qui es in celis. primo confitemur deum esse oīm rerum principium. qꝛ pater. Secundo allegamus priuilegium nostrū quia

dicimus noster. Tertio nominamus proprium nomen eius quia qui es. Quarto assignamus sibi ceretum domicilium: qz in celis dicimus/ergo pater noster q̄ es in celis. Ubi sciendū q̄ scḋm q̄ dicit ebrardus pater accipit quinqz modis. Primo mō dr̄ pater rōne cure. Scḋo rōne geniture. Tercio ratione etatis. Quarto ratione honoris. Quinto ratione creationis. Istis quinqz modis deus est pr̄ omnium. Primo ratione cu-re ita ponit apostolus paulus dicens oēm sollicitudinē vr̄am deponentes in deum qm̄ ipse curam gerit pro omnibus. Et ip semet xp̄s in matheo. Nolite solliciti esse dicentes quid man-ducabimus aut quid bibemus aut quo operiemur. scit enim pater vester celestis qz omnibus his indigetis. Scḋo deus est pater omnium ratione geniture: vnde de eo dicit apl's. volū tarie genuit nos verbo veritatis vt sim⁹ initiū aliquod crea ture eius vnde quilz pōt dicere istud psalmiste. Dn̄s dixit ad me filius meus es tu ego hodie genui te. Et de quolz dixit de us illud. iu. ii. li. regum. ego ero illi in patrē et ipsi erit michi in filium. Tercio deus est pater omnium ratione etatis ⁊ an tiquitatis. vnde de eo dicitur daniel Antiquus dierꝫ sedet. et libri videlicet conscientiarum aperti sunt coram eo. vnde pos sumus dicere illud quod dicit apl's. vnum patrem habemus deum. Quarto deus est pr̄ oim ratione honoris. quia debem⁹ deum honorare spūali honore ⁊ reuerentia que a doctoribus latria dicitur. qui honor nulli creature debet exiberi nec decet vnde quilibet dicere potest illud quod dicitur in matheo. Cō fiteor tibi dn̄e deus celi et terre ita q̄ confiteri ibi idē est quod laudare siue honorare. Quinto deus est patre omnium ratio ne creationis. vnde moyses. Nunquid non ipse est pater tu⁹ qui possidit et fecit et creauit te. vnde ex hoc q̄ dicimus pater habemus fiduciam illius quod in isto oratione petimus obti nendi. vnde possumus arguere sic. pater dat filio illud quod petit ab eo si illud quod petit sit iustum et filio necessarium. Sed deus est pater omnium et illud quod in ista oratione pe timus est iustissimum et valde nobis necessarium quare fidu ciam habemus q̄ deus totum dabit nobis. ⁊ fundatus ista rō

supra verbum salvatoris in luca vbi dicitur. Si vos cum sitis mali noscitis bona dare filiis vestris quato magis pater celestis dabit spiritum bonum petentibus se. quasi dicat quod immo dabit. Secundo in oratione illa alegamus privilegium nostrum cum dicimus noster vbi notandum quod licet vt supra dictum est deus sit pater omnibus illis quinque modis tamen nostrum qui sumus regenerati aqua baptismatis est spiritualiter pater vnde nos baptisati et regenerati in xpo possumus dicere pater noster. quia nos sumus liberati ab eo misericordius. adoptati specialius educati nobilius et salubrius informati. Dico ergo quod deus est spiritualiter pater noster. quia nos xpiani sumus ab eo redempti. et liberati misericordius. Unde possumus ideo dicere illud quod dicitur in apoca. Redemisti nos deus in sanguine tuo. De qua redemptione dicit beatus petrus. Non ex corruptibilibus auro vel argento redempti istis de vana vre conversatione sed preciosissimo sanguine immaculati agni dni nostri iesu xpi. scdo dico quod deus est spiritualiter pater noster quia nos xpiani sumus adoptati spiritualius et de hoc dicit apls. Misit deus ipsum filii sui in corda nostra in quo clamamus abba pater vt adoptionem filiorum dei reciperemus. tercio dico quod deus est spualiter pater noster. quia nos xpiani sumus ab eo educati nobilius. In sacramento enim eucharistie pascit nos deus corpore et sanguine christi. Ita dicit ipsemet iesus in iohan. caro mea vere est cibus et sanguis meus verus est potus/ de isto cibo dicit psal. Panem angelorum manducauit homo. de quo pane dicit xps. ¶ Qui manducauerit ex hoc pane viuet in eternum. vnde ecclesia tm beneficium recognoscens in voce gratiarum actionis prorumpens dicit O quam suauis est dne spus tuus qui vt dulcidinem tuam in filios demonstrares pane de celo prestito esurientes humiles replens bonis fastidiosos diuites dimittens in anes: quarto dico quod deus in spualiter pater noster quia nos xpiani sumus ab eo informati salubrius et hoc per euangelicam doctrinam que sola est doctrina salutifera et salubris et istam doctrinam dauid petebat cum dicebat bonitatem et disciplinam et scientiam

doce me, de ista doctrina dicit sapiens / audi fili mi doctrinaz patris tui. ex hoc ergo q dicimus pater nr. habemus fiduciā q a deo in ista oratione quod petimus dabit nobis. vt arguamus sic. Principale attrahit ad se minus principale et accessorium. circa de. conse, eccle. vel alta. Si ecclesiam. l. vi. sed deus dedit semetipsum nobis: ideo vocamus eum nostrū. et respectu eius oia sunt accessoria ergo certi sumus q oia ista dabūtur nobis a deo. z fundatur ista ratio super verbo apostoli dicentis in epl'a ad rom. si deus p nobis quis contra nos. q etiam proprio filio suo non pepercit. sed pro nobis oibus tradidit illum quō etiam non cum illo oia donauit nobis quasi dicat q immo. Tercio in orone in ista noiamus propriū nomē dei cum dicimus q es. Circa qd sciendū q quāuis scdm doctores in vita ista nesciamus nomē propriū dei tamen inter oia alia noia que dicuntur de deo istud nomen qui es magis sibi proprium quod pz ex hoc: qz moysi interrogāti quid rñderet filiis israeli si interrogarent qd erat nomen propriuz dei. dicit deus dices sic filiis israel. qui est misit me ad vos. Dicim⁹ ergo deo qui es quia deus est firma entitas qz nunquid deficiens sed oēs perficiens summa bonitas oibus sufficiens pura veritas oēs erudiens vera caritas oēs reficiens. dico q dicimus deo qui es qz ipse est firma entitas nunq deficiens vnde ipse de se dixit in exodo. Ego sum qui sum et psal. A seclo z vsqz in scl'a tu es: scdo dicimus deo qui es qz deus est summa bonitas oibus sufficiens vnde vocanti se bonum dicit deus. Nemo bonus nisi solus deus. Et de deo dicit psal. Bonus es tu et in bonitate tua doce me iustificationes tuas. Et apl's. Sufficientia nostra ex deo est. Tercio dicimus deo qui es. deus est pura veritas oēs erudiens. vnde dicit xps in ioh. Ego sū via veritas et vita. Et in math. Magister scimus qz verax es et viam dei in veritate doces. Quarto dicim⁹ deo qui es: qz ipse est vera caritas oēs reficiens. vnde in prima cano. iohis. Deus caritas est: et qui manet in caritate in deo manet z deus in eo. Et ipsemet dicit in math. Uenite ad me oēs qui laboratis et onerati estis et ego reficiam vos. Dicendo ergo qui es

fiduciam habemus q̄ deus qui est firma entitas nulli deficit sed perficiet/que summa bonitas. oibus sufficit/qꝛ est pura veritas oēs erudiet.qꝛ est vera caritas oēs reficiet. Quarto dico q̄ ista oꝛone captādo dei beniuolentiā assignamus sibi certum domiciliū:cum dicim⁹ in celis. Circa qd̄ notandū q̄ celum quo ad nunc est quadruplex.qꝛ est celum supernatura le materiale spūale ꝛ intectuale.Celum supernaturale est ip sa trinitas.Et de isto celo dr̄ in gen̄. Suscipe.i.respice celū.i. trinitatē ꝛ numero stellas.i.perfectiones si potes.Celuꝫ ma teriale quo ad nunc est celum empireū de quo dr̄ in gen̄. In pꝛincipio creauit deus celum ꝛ terrā ꝛ q̄ celum stellatū alias scdm̄ scribitur:intelligitur celum empireū.Celū spūale est de nota aīa de quo dr̄ in psal. Dn̄s in celo sedes eis.Celum in tellectuale est natura anglica de quo ibidē.Uerbo dn̄i celi fir mati sunt.i.angeli cōfirmati sunt in bono. Et in quolꝫ istoꝝ celoꝝ est deus.qꝛ in pꝛimo celo. i. in trinitate est indiuis⁹ per essentiam. In secundo celo.i.in emperio est clare visus p̄ glo riam. In tercio celo id est in aīa deuota est inhabitans p̄ gra tiam. In quarto celo.i.in euāgelica natura est ipsam eleuās per excellentiam. De pꝛimo dicitur in pꝛia canonica iohis. Tres sunt qui testimonium dant in celo. Pater/verbum et spiritussanctus.et hi tres vnum sunt per essentiam. De scd̄o dr̄ in apo. Apertum est hostium in celo.et archa testamenti vi sa est. Archa testamenti est deus;qui vt dicit apl̄s. noui testa menti mediatoꝛ est. De tercio celo dicit̄ in psal. Ad te leuaui oculos meos qui habitas in celis.i.aīabus deuotis. De quar to dicitur in psal. Eleuata est magnificentia tua super celos. glo.i.super nouē choꝛos angeloꝝ. Dicendo ergo in celis ha bemus fiduciaꝫ q̄ qꝛ dn̄s est in pꝛimo celo in ip̄m transfoꝛma bimus,qꝛ in scd̄o per ip̄m inhabitabimur. qꝛ in tercio p̄ ip̄m viuificabimur.qꝛ in quarto per ip̄m eleuabimur. Et sic fini tur pꝛima pars oꝛonis dn̄ice in qua captabamus dei beniuo lentiam. ¶ Sequitur scd̄a pars oꝛationis dn̄ice in qua opta mus seu petimus oꝛonis efficaciam dicendo. Sctificetur no men tuum. Et est pꝛima petitio in oꝛdine:sed est vltima in re

seu intentione. Pro quo notantum ꝙ ad hoc ꝙ nostra oratio habeat efficatiã.i.ad hoc ꝙ nostra oratio exaudiatur a deo:requirantur quattuor.s.ꝙ fiat cum firmitate fidei:cum bonitate rei:cum devotione animi:et ꝙ fiat in nomine xp̄i. Dico primo ad hoc ꝙ oratio nostra hẽat efficaciam:opꝫ ꝙ fiat cum firmitate fidei. Sicut em̄ instrumentũ inefficax est nisi debito modo signatum ita oratio est inefficax nisi sit signaculo fidei signata.et ideo dicebat xp̄s. Quicquid orantes petitis credite id est signaculo fidei signate ⁊ accipietis ⁊ fiet vobis. vnde dicitur in iohã. Scimus qꝛ pctõres non exaudit deus. vt autem dicit ap̄ls.om̄e qđ non est in fide pctm̄ est. Et iõ vt dicit xp̄s. Veri adoratores adorebũt patrem in spũ ⁊ veritate. vez fidei Secundo opꝫ ꝙ fiat cum bonitate rei.i.ꝙ in oratione non petantur nociua sed vtilia. Sicut enim libellus ineptus est nullus.ita oratio inepta est nulla. In cuius signum dicit xp̄s. Petitis et non accipitis eo ꝙ male petitis. Tercio opꝫ ꝙ fiat cum devotione animi. Sicut em̄ ad hoc ꝙ fumus ascendat a thuribulo opꝫ ꝙ sit ibi ignis.ita ad hoc ꝙ oratio ascendat ad deum: opꝫ ꝙ sit igne caritatis accensa. In cuius signũ legitur in apoca. Stetit angelus iuxta aram templi habens thuribulum aureum in manu sua:et data sunt ei insensa multa que sunt orationes sanctorum. Et ascendit fumus aromatum in cõspectu dei de manu angeli.ita petebat dauid in psalmo. Dirigatur domine ad te oratio mea.sicut incensum in conspectu tuo. Quarto ꝙ fiat in nomine christi. Sicut enim procurator nõ debet agere nisi nomine ꝓcuratorio.alias istud qđ faciat nõ valet:ita cum simus orando procuratores christi:si velimus exaudiri oportet ꝙ petamus in nomine christi. vnde christus dicit. Quicquid petieritis patrẽ in nomine meo dabit vobis. Ista quattuor optamus esse in oratione nostra cum dicimus Sanctificetur nomen tuum. tanguntur tria in hoc ꝙ dicitur sanctificetur secundum ꝙ sanctum potest capi tribus modis. Vno modo idem est ꝙ firmum:in quo est firmitas fidei. Secundo modo idem est ꝙ sine terra in quo est vtilitas rei. Alio modo idem est ꝙ sanguine tinctum:in quo animi devotio de-

singnatur. Quartum tangitur in hoc ꝙ dicimus nomen tuū. De quo nomine dicitur in marco. In nomine meo demonia eiicient/linguis loquentur nouis serpentes tollent et si mortiferum quid biberint non eis nocebit. super egros manus imponent ꝛ bene habebunt. Et sic terminatur secunda pars orationis dominice qua optamus seu petimus orationis efficaciam. ¶ Sequitur tercia principalis orationis dominice ī qua docemur habere formam et modum orandi cum dicitur. aduenIat regnum tuum. Circa quod sciendum ꝙ ab hoc loco vsqꝫ in finem continentur sex peticiones in quibus petimus omne quod est vobis necessarium tam in vita nostra ꝙ̄ in alia. Cum eīm tota perfectio hominis constat in duobus scꝫ in declinatione mali et in ꝓsecutione boni (iuxta illud psal. Declina a malo et fac bonum) ideo in ista oratione petimus a deo vt nobis conferat bonum et auferat malum. Quantum ad collationem boni ponuntur tres petitiones. Cum enim sit triplex bonum. s. bonum glorie/bonum gracie/et bonum nature. istud triplex bonum nobis dari petimus. Nam nobis bonum glorie dari petimus cum dicimus. Adueniat regnum tuum. scilicet regnum paradisi et est sēses. O pater noster qui es in celis: petimus quod regnum tuum adueniat. i. ad nos veniat. Sed quare melius dicimus adueniat regnum tuum quam dicamus adueniamus in regnum tuum Dico quod ad deuotandum quod gloria paradisi non habetur ex propriis meritis: sed ex mera gratia dei. Iuxta verbum apostoli dicentis. Non ex operibus iusticie que fecimus nos: sed secundum misericordiam suam saluos nos fecit. ideo dicitur adueniat regnum tuum id est gratia tua nobis adueniat. Non autem dicimus adueniamus. qꝛ vt dictum est ex meritis nostris non possumus ad illud venire. Nemo eīm potest venire ad me nisi pater meus traxerit illū. ꝛ dicitur in ioh. De isto regno dicit aug. loquens in persona xpi Venale habeo. quid. Regnū celorū. ꝙ emitur paupertate rerū vtilitate/labore/requie/tristicia/gaudio/morte vita. bonū gratie petim⁹ cū dicimus. Fiat volūtas tua sicut in celo et in terra. Ad cuius euidentiā sciēdū

ꝙ homo vocatur in sacra scriptura terra. vn̄ spsal. Anima mea sicut terra sine aqua tibi. Unde de homine iusto dr̄ ibidē. Benedixisti dn̄e terram. Angeli autem et sancti in paradiso stantes vocantur celum. Unde psal. Celi enarrant gloriā dei. Et ergo sensus. Qꝫ pater noster qui es in celis fiat voluntas tua in terra: hoc est hominibus terrenis. sicut fit in celo. id est sicut fit in angelis et beatis: vel per terram intelligitur ecclesia militans / per celum ecclesia triumphans vt sit sensus. Sicut in ecclesia triumphante fit voluntas tua; ita in ecclesia militante petimus ꝙ fiat. Que autem est ista voluntas nos docet apostolus dicens. Hec est voluntas dei santificatio vestra. Et dicitur fiat voluntas tua non aūt nostra. qꝫ vt dicit xp̄s. Nō ois qui dicit michi dn̄e dn̄e intrabit regnum celoꝝ. sed qui facit voluntatem patris mei qui est in celis ipse intrabit regnū celoꝝ. Bonam nature petim⁹ cum dicimus. Panē nr̄m quotidianum da nobis hodie. Pro quo sciendū ꝙ panis dr̄ a pan grece quod est totū latine in hoc ergo ꝙ petimus panem petimus omnia que necessaria sunt ad sustantationem huius miserrime et transitorie vite / nec istud est contra illud quod dictū est supra. in secunda parte tractatus quarti capituli de oratione vbi dicebatur ꝙ in oratione non sunt temporalia petēda / quod intelligendum est ꝙ in oratione non sunt petenda tp̄alia directe et per se. sed inquantum sunt necessaria ad habendum celestia et eterna sic enim bene possunt peti. vnde grego. in collecta. Sic transeamus per bona tp̄alia vt non amittamus eterna. vel est intelligendum ꝙ non sunt petenda bona tp̄alia ad superfluitatem; sed ad sustentationem et sic petim⁹ ea hic men dicimus hodie quia non petimus nisi quantum est necessarium pro die et ita petebat salomon cum dicebat. Diuitias et paupertates ne dederis michi sed tm̄tum victui meo tribue necessaria. Et pau. Habentes alimenta et quibus tegamur his contenti simus. ¶ Notandū etiam ꝙ duplex est panis quē petimus in ista oratione prim⁹ est spiritualis panis sustere pnie. Iste est panis ordeaceus de quo dr̄ in iohan. Est puer vnus hic qui habet quinqꝫ ordeaceos / quinqꝫ panes sūt.

quinqz partes perfecte penitentie. s. contritio confessio oratio elemosina et ieiunium de quibus dictum est supra in secunda parte. Secundus panis est sacramentalis eucharistia de quo pane dicitur in iohanne. Hic est panis qui de celo descendit. Si quis manducauerit ex hoc pane viuet in eternum. In fortitudine istius panis ambulant fideles vsqz ad montem paradisi. Tertius panis est materialis tẽporalis substantie de quo pane dicitur in genesi. ¶ In sudore vultus tui vesceris panestuo. Et istos tres panes petimus in ista oratione. iuxta verbum saluatoris in lu. dicentis. Amice accomoda michi tres panes. Iste ergo tres petitiones respiciunt colligationem boni. Sunt et alie que respiciunt ablationem mali Circa qḋ notã dum qꝫ duplex est malum scz malũ culpe et malum pene. Malũ culpe est duplex scz preteritum et futurũ. scḋm hoc ergo sũt tres petitione ablationis mali. In prima petimus malũ culpe preteritorũ nobis dimitti cum dicimus Dimitte nobis debita nostra sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. Ista debita sunt peccata iuxta parabolam xp̄i quam proposuit symoni leproso dicens. Duo debitores erant cuidam feneratori. ꝛc. que parabola scḋm glosã intelligit de debito peti. Ista debita petimus nobis dimitti a deo sicut dimittimus debitoribus nostris. i. illis q̇ contra nos peccauerunt. Et istud intelligitur de debito iniuriaꝝ quas debemus dimittere alioquin nisi dimittamus deus non dimitet nobis dicente xp̄o. Deus pr̄ vester celestis non dimitet vobis nisi dimiseritis vnusquisqꝫ de cordib⁹ vestris In qua eni mẽsura mẽsi fueritis eadẽ remitietur vobis. si ergo vis qꝫ deus dimittat tibi pctã tua dimitte tu illis qui contra te peccauerunt alioquin dicitur tibi ex ore tuo te iudico serue neq̄ / dicis enim dimitte michi sicut dimitto sed non dimittis ergo dicis qꝫ tibi non dimittam. Sed nũquid ille qui existit in fraterno odio dicens istam orationem peccat / dico qꝫ non qz nõ dicit eam in propria persona sed i persona ecclesie quod pz. qz dicit nobis et non michi et ideo cum vniuersalis ecclesia que regitur a spiritusancti non possit errare nunq̄ erratur in dicendo istam orationem. in secũ

da petitione petimus nobis a malo culpe peccaueri cum dicimus. Et ne nos inducas in tentationem. Pro quo sciendum q aliqñ tentatio sumitur in bonum vt ptz in gen. qñ dicitur tentauit deus abraham. Et in lib. sapiẽs. Deus autem tentauit eos ⁊ inuenit eos dignos se. Et dr deus duobus modis tẽtare vno modo peruisssime vt approbet: ⁊ ita sumitur qñ dr. Deus tentauit illos. i. tentari permisit. et isto modo tentauit deus iob. alio mõ dicitur tentare vel exemplum virtutis alii ostẽdere ⁊ hoc homo tentauit deus abrahã. vt ostenderet virtutẽ obediẽtie eius. ⁊ de tali tentatione nõ intelligim⁹ hic. aliquãdo etiã tentatio sumit in malum ⁊ est duplex. Nam quedã est ab hoste. i. demone quedã a carne inq̃tum scz caro consurgit aduersus spiritum. tentatio q̃ est ab hoste non est pctm̃ nisi consentiatur sibi immo si fiat resistẽtia est multũ meritoria ⁊ isto modo fuit tentatus xp̃s vt dicitur in math. Ductus est iesus desertum a spũ vt tentaretur a dyabolo tentatio que est in carne semper puenit ex pctõ inquãtũ scilz ipsa rebellio carnis ad spm̃ prouenit ex peccato parẽtum in nobis ⁊ est materialiter ipm peccatuz originale. modo rebellio ista quantũ ad suum principiũ non est in potestate nostra prout dr q primi motus non sunt in potestate nostra sed resistere illi rebellioni siue alicere istos primus motus bene est in ptãte nostra et ideo consentire tentationi siue sit ab hoste siue a carne semper est pctm̃ ita q si sit consensus cum deliberatione est pctm̃ mortale si sit consesus subditus ⁊ quasi surreptimus est solũ pctm̃ veniale. Modo ergo non petimus in hac petitione ne tentemur/sz petim⁹ ne in tentionez inducamur. tunc autem in tentationẽ inducimur cũ tentationi cõsentimus iõ in ista orone nichil petimus nisi q det nobis virtutẽ resistendi tentationi. qd apls pmittit eum facturum dicens. Fidelis deus qui non permittit vos tentari supra ad quod potestis sed faciet cũ tentatione puentũ ita vt vos possitis resistere. ¶ In vltima petitione petim⁹ nos a malo pene liberari cũ dicim⁹ sed libera nos a malo amen. ita q ad hoc intelligitur de malo pene eterne quod est simpliciter malũ. Nam malum pene

tpalis potest esse et aliqñ bonum sicut bonũ sanctis martyri
bus fuit pati ꝛ sustinere penas multas ꝛ tormenta multa. vñ
a tali malo nos nõ petimus liberari sed a malo pene eterne.
Juxta qd petit ecclesia dicens. Libera me dñe de morte eter-
na. In fine oim petitionuz subiungitur. Amen. i. ita fiat qua
si cõfirmatio oim petitionum. sic ergo in oratione dñica sunt
septem petitiones in quarũ prima petimus orationis effica
ciam dum dicimus sanctificetur nomẽ tuum quasi dicamus.
sicut nomen tuum est sanctũ ꝛ firmũ ita illud quod petimus
in ista oratione sit firmum. Ideo licet ista petitio sit prima in
ordine. tñ est vltima in intentione. in aliis sex petitionibꝰ pe
timus nobis oẽ bonuz cõferri ꝛ a nobis oẽ malũ auferri. Do
net dñs vt hec omnia nobis cõcedãtur. Et ista sufficiant quã
tuz ad nunc quia forte alis de ista materia latius loquemur.

¶ Ca. iii. de decem preceptis legis.

Interroganti iuueni quid faciendo vitam eternam pos
sideret: respondet iesus. Si vis ad vitam ingredi serua
mãdata / quasi diceret. Ingressus ad vitam eteram est obser
uatio preceptorum ꝛ mendatorum que quidem mandata sũt
precepta decalogi. Et decalogus dicitur a decas quod est de
cem et logos sermo quasi decem preceptorum sermo: sunt er-
go decem precepta legis quorum quedam ordinãt hominem
ad deum quedam in proximum. precepta autem que ordinãt
hominem ad deum sunt tria. secundumq; homo est deo obli-
gatus ad tria. sicut enim vassallus debet domino suo tria scz
fidelitatem vt non cognoscat alium dominum / reuerentiam
vt non faciat ei opprobrium / famulatum vt impendat ei de-
bitum obsequium. sic quilz de dictamine iuris nature est obli
tus deo ad ista tria. Et ideo quãtum ad primum est istud pre
ceptum. Non habebis deos alienos coram me. Qñtum ad secũ
dum est istud non assumes nomen dei tui in vanum. Qñtũ ad
tercium est istud. Memento vt diem sabbati sanctifices. Pre
cepta aũt que ordinant hoiem ad proximum sunt septem.
Ordinatur eñ homo ad proximum duobus modis scz vt bo
num sibi faciat et ne sibi noceat. Quantum ad primum est

vnum preceptum. s. Honora patrem tuū & matrem tuā. Quā-
tum ad scdm sunt sex. potest em̄ homo nocere primo tribus
modis. Uno modo facto. alio modo verbo. alio modo volun
tate. Facto potest sibi nocere trib⁹ modis scz vel in ppria psō
na vel in persona sibi cōiuncta vel in ppria substantia. Quā
tum ad primum est istud preceptū. Non occies q̄tum ad se-
cundum. Non mechaberis. q̄tum ad terciū. Non furtum fa
c es. Quantum ad hoc vt non noceat homo proximo suo ver
bo est istud. Non falsum testimonium dices. quantū ad hoc
vt non noceat homo proximo suo voluntate: sunt duo alia.
Aut vt non noceat sibi voluntate libidinis: et tunc est istud.
Non concupisces vxorem tui. Ne aūt noceat sibi voluntate
cupiditatis est istud. Non cōcupisces rem alienam. s. seruum
vel ancillam: non bouem vel asinum: ne sibi noceat volun-
tate cupiditatis. Ista ergo sunt decem precepta legis de quo
rum quolibet aliqua per ordinem sunt dicenda.

¶ De primo precepto.

PRimum preceptum est. Non habebis deos alienos co-
ram me: ita q̄ in isto precepto prohibetur oīs ydolatria
oīs heresis et oēs spēs sortilegii siue diuinationes quocunq̄
modo fiant: siue fiant in igne siue in aere siue in aqua siue in
terra siue in corporibus mortuoꝶ siue in aspectu garritus vl
volatus auiū siue i caracteribus siue in vana aspectione psal
terii vel euangelioꝶ vel alterarum scripturaꝶ. & generaliter
oīs diuinatio quocūq̄ predictoꝶ modorum vel qualitercūq̄
aliter fiat phibita est in precepto isto: est maledicta a deo & a
sancta matre ecclesia tanq̄ ydolatria: et infidelitas reprobata
Cum em̄ futura que solus dei sunt per tales superstitiōes in
uenire aliqui laborāt. deitatis iura creaturis attribuūt. Ita
ponit isayas dicēs. Priora & nouissima annuncietis michi et
dicam q̄ dii estis vos. Et aug. Non obseruetis dies qui dicūt
egypciaci aut kiendas ianuarii: in quibus cantilene & quedā
constitutiones & comestiones adinuicem fiebāt dona donan
tur et quasi in principio anni boni fati augurio aut aliquos
menses dies aut tpalia vel annos aut lune aut solis cursum

q̃z qui has ꝛ quascũq3 diuinationes aut angaria facit aut ob
seruat aut attẽdit aut cõsentit obseruantibus aut talib⁹ cre
dit aut ad domum eoꝝ vadit aut in sua domo inducit vel in
terrogat: sciat se xpianã fidem baptismũ ꝑuaricasse ꝛ paga-
num ꝛ apostatã inimicum dei esse ꝛ irã dei grauiter ꝛ in eter
num incurrisse: nisi ecclesiastica emẽdatus pnia deo reconsili
etur. ℭ Nota ꝙ agricole qui obseruant tpa ad seminanduz
vel arbores scuccidendas velad consilia que certã ꝛ natura-
lem hñа cãm seu rõnem naturalem. et medici qui ad medici-
nas dandas vel munitiones faciendas et ad sil'a obseruant
dies certos ꝛ tẽpora certa: non hic condennatur. Cũ eñ oia
ista inferiora subsint quantum ad corporalẽ naturã influen
tie corporum celestiũ non est ꝓhibitum immo est necessariuz
et debitum respicere in istis ꝛ attendere fluxum stellarum et
planetaruz. Sed cũ aia rõnalis in nullo subsit influente cor
porum celestium dicente salomone ac etiã ptolomeo. Aiã sa
piens dñabitur astris respicere talia in his que a liberto ar-
bitrio ꝓcedunt est superstitiosum ꝛ vanũ. Vñ ex clamore cor
nicis pronosticare pluuiã futuram non est superstitiosum. cũ
talia aialia ex dispositione aeris ꝛ mutatione tẽporis possint
in corporibus suis talem sentire mutationẽ. ℭ Notandum
etiam ꝙ si aliquis vel aliqua colligat aliquã herbam dicendo
symbolum fidei vel orationem dñicam vt ponat eam super
aliquem infirmum in ista intentione vt in istis deus creatoꝛ
oim vt deus honoretur non reprobatus dũmõ nulla obseruã
tia superstitiosa obseruetur vel immisceatur. xxvi. q. v. Non
lz. et. q. v. nõ obseruetis. Et istud habendũ est ꝑ regula gñа
li in ista materia ꝙ ois inquisitio que fit per inuocationẽ de
monum tacitam vel expressam quocunq3 modo fiat siue p er
caracteres siue per figuras. siue alio quocũq3 modo est in isto
precepto prohibita. sed quid erit de istis coniuriis in quibus
ponuntur ꝛ recitantur nõia dei ꝛ angeloꝝ. ꝛ ponuntur mul
ta bona verba. Dico ꝙ in talibus est cauendum ne sub spe-
cie boni lateat malum vñ diligenter est aduertendum ne in-
ter illa nõia immisceantur nõia ignota q̃ magis sunt nomi-

na demonum ꝙ angeloꝝ. Cū enim scḋm ꝙ dicit beda. nulla sit falsa doctrina que non aliqua vera falsis admisceat: impossibile est ꝙ in istis supersticionibus non admisceātur aliqua vera cum falsis/ et aliqua bona cum malis et qꝛ modicuꝫ fermentum totā massam corrumpit ꝗ tamcunqꝫ sint sibi multa bona si sint ibi aliqua mala totum est suspectum ⁊ corruptū. Quia etiā malus angelus se transfigurat in angelum lucis non est credēdū istis fantasticis qui dicunt se videre angelos vel aliquos sanctos. vn̄ dicit apostolus. Probate spiritus si ex deo sint. ¶ De secundo precepto.

Secundum preceptum est. Non assumes nomen dei tui in vanum. ita ꝙ in isto precepto ꝓhibentur prio ⁊ specialiter oēs spēs periurii q̄ sunt multe. Ad cuius euidentiā sciendū ꝙ ad hoc ꝙ iuramentum sit licitū opꝫ ꝙ ibi sint tria scꝫ veritas/ iudicium/ et iusticia. ita dicit dn̄s per oleā prophetā Jurabunt dicit dn̄s in veritate et iusticia ⁊ iudicio. xxiii. q. ii. Animaduertendum. Ueritas em̄ semper debet esse in conscientia iurantis vt firmiter sciat ita esse sicut iurat aliter si soluꝫ credit et non sciat ꝓ certo ita esse non debet de certa scientia sed de crudelitate iurare. Judiciū dicitur hic discreta deliberatio vt non iuret etiā verū nisi ꝓpter necessitatē. i. cum dicit alicui aliquod verum qḋ ei expedit vel vtile est credere ⁊ non vult credere simplici assertioni. Justicia dr̄ vt illud qḋ iuratur licitum sit et honestū. ex. de iure iurā. ca. Et si xp̄s. Quocunqꝫ ergo modo iuretur si iuramentum sit assertorium siue ꝓmissorium si aliquid istoꝝ deficiat siue ꝙ iuretur falsū vel verū cū iurans credit iurare falsū siue iuret absqꝫ aliqua necessitate siue iuret aliqḋ illicitum: semꝑ est piurium et est directe contra illud ꝓceptum. Sed qḋ fiet de istis iuramentis quotidianis que fiunt ex quadā leuitate vel ex quadā mala consuetudine: nunquid ibi est periurium cum deficiat ibi iudiciū. Dico ꝙ sic sed si fuerit de re licita ⁊ sine intentione decipiendi vl' fallendi non est nisi pc̄m̄ veniale: sed si fiat de re illicita vel cum intentione decipiendi et fallendi est pc̄m̄ mortale. Un̄ notādum ꝙ cum iuramentum non fuerit institutū vt sit vis

culum iniquitatis iuramentum qđ fit de re illicita vel cõtra caritatem:et quod non põt saluari sine interitu eterne salu⸗tis:sicut si iurarem me aliquẽ interfecturum vel non daturũ elemosinam vel aliquod tale periurium non est aliquatenus obseruãdum.vñ hiero. In malis promissis fidẽ rescinde. In turpi voto muta decretum.xxii.q.iiii. In malis. Notandum etiã ꝙ secundario prohibetur/hic iuramẽtum qđ fit ꝑ falsos deos qđ non debet fieri a xp̃anis.tñ credo ꝙ christianus vbi esset expediens posset recipere iuramentum a sarracenis per deos suas. Notandum insuper ꝙ non est iurãdum ꝑ creatu⸗ras nisi ꝑ aliquas vt per euangeliũ/per altare per crucem/ per aliquas sanctorum In manu etiam ep̃i potest iurari.q.i. Si.aliqua.⁊.q.Qui periurat. Unde nota ꝙ q̃ iurat ꝑ creaturã non cõcessam debet acerrime puniri vt dicit Raymundus.

¶ De tercio precepto.

Tercium preceptum est. Memento vt diem sabbati san⸗ctifices ita ꝙ in isto precepto precipitur primo et prin⸗cipaliter obseruari dies dominica et ex consequenti precipiũ⸗tur alie festiuitates solennes que ponuntur de cõse.di.iii.pro nunciandum.⁊ sunt iste/natiuitates dñi/sanctoꝝ stephani/ iohannis euangeliste/innocentium/siluestri:circũcisio/dñi/ epyphania dñi/purificatio beate marie virginis/inuẽtio sã⸗cte crucis/sãctum pascha cũ ebdomoda/tres dies rogationũ accensio domini/dies penthecostes/sancti iohannes baptiste duodecim apostolorum et maxime petri/et pauli/qui totum mundum sua predicatione illuminauerunt:sancti laurentii/ assumptio virginis marie/natiuitas/⁊ conceptio eiusdem/ dedicatio sancte michaelis/dedicatio cuiuscunq; oratorii seu ecclesie/festum oĩm sãctoꝝ/martini/et ille festiuitates quas singuli ep̃i in suis ep̃atibus cum clero collandauerunt cele⸗brare que vicinis commorantibus indicende sunt nõ tñ gñã⸗liter omnibus.tunc hoc vltimum intellige de sanctis canoni⸗zatis ab ecclesia romana.q2 ep̃s non posset per se aliquem sã⸗ctum canonizare.extra de re.et vene.sanctorum.capitulo.i. Reliquie vero festiuitas nõ sunt cogende ad seruandum vel

prohibende. hec itaq3 scripta sunt et determinata in ca. palle- gato. Pronunciandū. Item eusebius papa statuit festum inuentionis sancte crucis. v. nonas maii solenniter celebrari. de conse. di. iii. crucis. Nota etiā q in ca. predicto pronunciandum nō sit mentio de festo annunciationis beate marie cum tñ sit festum solēne et celebre. Sed forte diceret aliquis istud preceptum de die sabbati non de die dñico est intelligendum. Ad cuius euidentiā est notandū q in lege veteri fuerunt quedā precepta cerimonialia quedā moralia. Cerimonialia erāt illa que pertinebant ad specialem cultū dei sicut q tali die fieret sacrificium tale vel tale et etiā que pertinebant ad crimonias illius populi sicut q inducerent tali veste etc. Et ista precepta ex quo xps surrexit et fuit promulgatum euangeliū nō fuerunt obseruata. immo q ea obseruaret peccaret mortalit moralia aūt errant illa q errant de dicta mine legis nature sicut seruire deo honorare parentes et simila. et ista precepta adhuc manet in virtue. sua modo preceptuz de obseruatione sabbati partim erat morale q̄tum ad hoc. s. vt debitus honor impenderetur deo et istud est de dictamine legis nature. sed q tali die determinatis talis honor impenderet magis q̄ alia die. erat cerimoniale inq̄tum requies illius diei erat figura illis sabbati magni quo requieuit deus in sepulchro et id q̄tū ad illud cessauit istud preceptum ita q dies sabbati fuit mutata in diē dominicā et hoc ra tionabiliter. In hac eni die mūdus sumpsit exordium/ resurrexit xps/ mors interiit: et vita accepit principium. et ista est intētio beati pauli ad colloceñ. vbi dicit. Nemo vos iudicet i cibo aut potu aut i pte dei festi aut neomenie aut sabbatorū: q sunt vmbra futurorū. Et de hoc disputat multum apostolus ad hebreos. iii. et. iiii. ca. Et habētur super hoc multa ca. de conse. di. iii. In diebus festiuis debent vocare homines hymnis/ psalmis/ et canticis spiritualibus et aliis bonis operibus magis q̄ aliis diebus et ideo magis debent abstinere ab omni opere seruili non solum a peccato qd proprie seruile dicitur qz facit hominem seruum dyaboli: sed etiam ab operibus mechanicis et nogociis secularib⁹ nec mer

catum fiat nec placitum: nec aliquis ad penam seu mortem indicetur nec sacramenta iurentur nisi pro pace fienda. de conse. di. iii. Rogationes. de his mechanicis et aliis secularibus officiis expressit dñs dicens. Sex diebus operaberis. septimo autem die qui est sabbatum domini dei tui non facies opus. tu filius tuus et ancilla tua iumentū et aduena qui est intra portas tuas. Nota etiam quod propter periculum hostium tempestatis imminentis possunt fructus colligi in diebus dñicis et festiuis ita tamen quod de illis pro posse studeant illi quorū sūt largiores elemosinas erogare. Scolares etiam illis diebus possūt scribere in quaternis suis lectiones suas per quas per ebdomadam audierunt

¶ De quarto precepto.

Quartum preceptum et primum de illis que pertinent ad proximum est / honora patrem tuū et matrem tuā. ita quod in isto precepto directe precipitur quod parētes honoremus. Et est intelligendum non solum de honore reuerentie sic quod genua flectantur coram eis et quod osculentur eis manus et similia. sed etiam de honore subsidii et prouidentie. s. quod prouideatur eis in necessariis secūdum facultatem uniuscuiusque. Noie etiam patris et matris intelliguntur prelati ecclesie magistri et domini temporales quibus est honor debitus exhibendus. Nomine etiam patris et matris intelliguntur omnes proximi quibus sunt opere mie exihenda. vnde operum mie quedam sunt spiritualia quedam corporalia. Spiritualia sunt ista consulere nescientes. corrigere delinquentes remittere iniriantibus consolari tristes supportare importunos orare pro persecutoribus vnde versus. Consule castiga solare, remittere fer. ora. Corporalia sunt ista. Pascere esurientes. potare sitientes. vestire nudos visitare infirmos redimere captiuos colligere in hospitio vagos sepelire mortuos. Vl9. Uisito. poto. cibo. redimo tego. colligo. condo.

¶ De quinto precepto.

Quintum preceptum e secūdum ad proximum est. Non occides supple iniuste. In quo precepto prohibetur homici

dium. et sub nomine homicidii intelligitur ois iniuria corpa lis que potest inferni primo. Pro quo notandū q duplex est homicidium quoddā est spūale z quoddaz est corporale. Spi rituale fit quinqz modis. s. odiēdo. vnde iohannes in prima canonica sua. Qui odit fratrem suum homicida est detrahen do consulendo nocendo: et de his tribus habet. de. pe. di. i. ho micidiorum. zc. Ois iniquitas et ca. noli putare vel victū sub trahendo. di. lxxxvi. pasce fame morientem si non pauisti occi disti. Ex quodlibet istoꝝ homicidiorum secundū doctores est peccatum mortale. homicidium corporale secundū doctores fit duobꝰ modis vno modo verbo. alio modo facto. verbo fit tribus modis. s. precepto consilio. et defensione di. l. Si quis videns de ve. di. i. periculose. Et quolibet istorum si fiat iniu ste est peccatum mortale. Facto fit quattuor modis. s. iusti cia necessitate casu z voluntate. Justicia. vt cum iudex vel mi nister reum iuste condennatū ad mortem occidit. hoc homici dium si fiat ex liuore vel amore fundendi sanguinē humanū lz talis moriatur iuste qz meretur mortem tñ iste qui occidit peccat mortaliter ppter intentionem corruptā. Si autem fi at amore iusticie nec peccat iudex condēnando eum ad mortē nec precipiēdo ministro q occidat eum nec minister exequen do mandatam iudicis dūmodo fiat seruato ordine iuris. pro batur hoc ex verbo apo. in epl'a ad rom. Omnis aia potestati bus subliminoribus subdita sit. et sequitur. Non enim sine causa gladium portat dei enim minister est et iudex in iram ei qui male agit. si fiat in necessitate distingue. quia aut il la necessitas fuit euitabilis puta qz poterat euadere absqz oc cisione hominis tunc est reus homicidii et debet agere pniam tanq̄ pro pctō mortali. aut fuit ineuitabilis qz occidit hoīem absqz homicidii meditatione immo cum dolore animi se z sua defendendo siue liberando et in isto casu non dicitur peccare neqz astringitur ad pniam tn debet dolere et suis peccatis a scribere q in tantam potuerit venire culpam vbi culpa non est vt ca. interfecisti extra de homicidio. Si autem fiat casu di stingue aut iste dabat operā rei licite vel illicite si dabat ope

ram rei illicite puta quia piecit lapidem per loca per que con sueuerunt homines transire. vel dum furabatur equum vel bouem aliquis ab equo vel boue percussus interiit. &c. In isto casu talis est simpliciter reus homicidii. Si autem dabat per ram rei licite puta qua arbores sibi necessarias succindebat vel deponebat fenum decurru. & similia. Si adhibit diligentiam quam debuit scz respiciendo vel proclamando non nimis tarde vel lente sed tempore congruo & aliter quod si aliquis erat ibi vel veniebat poterat fugere vel sibi cauere. non imputatur sibi probatur hoc di. l. Sepe cōtingit. extra de homicido. Quidam. Si autem homicidium fiat voluntarie sine omni distinctione tenendum est esse grauissimum et enorme peccatum di. l. Si quis voluntarie.

¶ De sexto precepto.

Sextum preceptū est. Non mechaberis. Ita in isto precepto prohibetur omnis concubitus preterquam cum legitima vxore. Que autem et quot sunt species talis concubitus vide de summa parte secunda tractatu. ii. ca. nono.

¶ De septimo precepto.

Septimum preceptum est. Non furtum facies. Ita quod in illo precepto prohibetur furtum/ vsura/ fraus/ rapina/ dolus: et generaliter omnis acquisitio illicita aliene rei quocunque modo palliato siue pacto fiat.

¶ De octauo precepto.

Octauum preceptum est. Non falsum testimoniū dices. Ita quod in isto prohibetur omne mendaciū. Pro quo notandum quod secundum augustinū libro de mendacio octo sunt genera mēdaciorum. Primum est quod fit cōtra doctrinam fidei & bonorum morum vt dicere christum nō esse natum de pura virgine maria. vel nō esse passum in cruce vel aliud simile cōtra articulos fidei vel bonos mores. ¶ Secundum est quod nulli prodest et alicui obest vt est mendacium detractionis. vel falsi testis: in causa criminali. Terciū est quod prodest vni & obest alteri vt testimoniū falsi testis i causa pecuniaria. Quartum est quod fit sola mentiēdi libidine quali sine causa & vti

sitate. Quintum est quod fit placendi cupiditatem vt menda-cium adulatoris. Sextum est quod nulli obest et prodest ali-cui ad euitendum periculum pecunie vt si quis sciens pecuni-am alicuius tollendam fure vel predone mentiretur iurans se nescire vbi sit. Septimum est quod nulli obest et prodest alicui ad euitandum periculum persone: vt si quis queratur ad mortem et aliquis mentiatur iurans se nescire vbi sit. Oc-tauum est quod nulli obest et prodest alicui ad hoc vt ab im-mundicia corporali aliquis tueratur vt si volent corrumpe-ro virginem mentiatur aliquis dicendo eam esse coniugatã: vel se nescire vbi esset illa virgo: vt seruaretur eius virgini-tas. Alia distinctio ponitur ab eodem aug. scilicet quod men-daciorum aliud est perniciosum et illud comprehendit quinque genera distinctionis. Et istud est semper peccatum mortale. xxii. q. ii. Primum. Aliud est ad viciosum et illud comprehen-dit tria vltima genera prime distinctionis. et istud est pecca-tum veniale. Aliud est iocosum. et credo etiam quod istud est ve-niale quod intelligo quando ille cui dicitur nouit rem causa iocundandi fuisse dictam et quod non dicatur ex libidine men-tiendi. ¶ De mẽdacio adulationis. nota quod aliquis post adu-lari alteri tribus modis. Uno modo attribuendo ei bonum quod non habet. Et isto modo dicunt aliqui quod est peccatum mortale. et aliqui quod est veniale. Alio modo probando ma-lum quod habet et istud secundum omnes est mortale. Alio modo extollendo bonum quod habet: et istud secundum om-nes est veniale.

¶ De nono et decimo preceptis.

Nonum et decimum precepta prohibent actum interio-rem. s. actum voluntatis. videlicet quod nullus concupiscat alienum vxorem et sub nomine vxoris intelligitur quecunque mulier quia dicit apostolus. Quicunque videret mulierem ad concupiscendum eam iam mechatus est in corde suo, et quod nõ concupiscat rem alienam ad possidendum. Horum autem decem preceptorum legis quedam sunt affirmatiua quedam negatiua. Et ponitur differentia illorum. quia affirmatiua

obligant semper:sed non ad semper;sed pro loco et tempore. negatiua autem obligant semper et ad semper. De istis decẽ preceptis habentur isti versus. Unum crede deũ ne iuras va na per ipsum. Sabbata sanctifices et venerare patres. Non sis occisor fur mechus testus iniquus. Uiciniq; thorum:resq; caueto suas.

¶ Capitulum quartum de dotibus beatorum.

Quia teste augustino. Nullum bonum irremuneratum neq; malum impunitum remanebit. Ideo vltima viden dum est de dotibus beatorum.id est de premiis que habebunt illi qui obseruabunt ista precepta. ¶ Notandum ergo ꝙ ob-seruatoribus istorum dabuntur septem dotes glorie in para diso:tres ex parte anime:et quattuor ex parte corporis. Pri-ma dos ex parte anime est clare visio dei.scilicet ꝙ videbim⁹ deum clare sine aliquo velamine et in ista visione consistit to ta nostra beatitudo. Unde augustinus. Uisio est tota merces Et ista clara visio succedit visioni fidei. Ita dicit paulus apo stolus. Uidemus nunc scilicet in vita ista per speculũ in enig mate scilicet fidei tunc autem scilicet in paradiso facie ad faci em. Secũda dos ex parte anime est firma tentio.q2 scilicet ita firmiter tenebimus deum ꝙ nullo modo timebimus eũ amit tere. Et de ista tentione dicitur in canticis. Tenui eum nec di mittam. Et ista firma tentio succedit virtuti spei. Tercia dos ani me beate erat perfecta fruitio.scilicet qua aĩa beata ꝑfecte fruetur deo.⁊ adherebit ei:⁊ satiabitur et delectabitur in eo. vnde psal. Satiabor cum apparuerit gloria tua.⁊c. Et ista ꝑfecta fruitio succedit amori caritatis. Et de istis trib⁹ modis dicit augustine. Uidebim⁹ amabim⁹ ⁊ laudabimus. Et istud officium habebimus in paradiso scz videre amare et deũ lau-dare. Post resurrectionem autem habebim⁹ quattuor dotes ex parte corporis.quia corpora nostra erunt agilia.i.mouebũ tur per quantumcunq; spacium sine aliqua fatigatione labo-ris. Erunt etiam impassibilia q2 a nullo poterunt pati. Erũt etiam clarissima vnde saluator. Fulgebunt iusti sicut sol in re gum et dominus dominantiũ iesus christus. A M E N.

¶ Optata felix conspicio.

¶ Hec circa officiū curatoꝝ breuiter a me scripta sunt vt simplicers in aliquibus instruantur et magis profecti ad altiora inuestiganda laborent: obsecrans vt si in libello isto lector aliqua vtilia inueniat: ipse attribuat soli deo grates referens ꝙ michi peccatori aliquantulam scintillulam intelligētie impartiri dignatus est. Illa aūtque minus bene dicta sunt mee ignorantie aut inaduertentie ascribens caritatiue corrigat et pro me peccatore preces ad dominum fundat.

¶ Deinde sequitur tabula huius libri qui Manipulus curatoꝝ inscribitur.

¶ Tabula liber qui Manipulus curatorum appellatur incipit feliciter.

¶ Liber iste prima sui diuisione in tres partitur partes principales. In prima parte agitur de sacramentis ꝛ his qui pertinent ad ipsorum sacramentoꝝ administrationē/ꝛ pars illa principalis diuiditur in septem tractatus. Secūda pars incipit. Uerus deus ac pius samaritanus in qua agitur de penitentiis et his que pertinent ad confessionē audientiā ꝛ penitētiarum impositionem/et continet quattuor tractatus. tertia pars incipit ibi. Quoniam dominus ac magister. Et est de articulis fidei et de ꝑceptis legis et continet quattuor capitula.

¶ De sacramentis in generali.

℄ De confirmatione.

℄ Tractatus tercius prime partis principalis est de confirmatione. Et habet septem capitula.

℄ De sacramento eucharistie.

Tractatus quartus prime partis principalis est de sacramento eucharistie et habet.xi.capitula.

℄ De sacramento ordinis.

¶ De contritione

¶ De satisfactione

Tabula

Celeberrimi viri dni. Guidonis de monte rocherii liber qui Manipulus curatorum inscribitur vna cum tabula eiusdem finit feliciter. Impressum per egregium Julianum Notarium Impressorem commemorāte extra temple barre sub Interlignio sanctorum trium regum. Anno domini millesimo.CCCCC.Octauo.xii.die Augusti.

0.10.6

Oris confessio: cordis contritio operis satisfactio

Vi pri pri di di di post Epiphaniam pascha f

Roberto ffletewoode constat hic liber



Wm: Cole Coll: Regal: Cantab: A:B: 17[illegible]

Joseph Ames 1752.

Francis Douce 1796.

XCII Confess.

Utrū paciēs morbū caducū possit celebrare
si cadat frequēter vel emittat spumā aut vo
cē cōfusā nō pōt. Si vo raro cadat nec emit
tat spumā ⁊ sic pōt: dū mō hēat coadiutorē
Utrū pacienti fluxū sanguis sacerdoti
vel seminis: liceat celebrare?
Licet. nisi aliud īpedimētū obstet. si qs talē
fluxū sanguis paciat' vt suscepta i stomachū
stati p secessum emittat celebrare nō debet
Utrū pollut' pollutione nocturna possit lici
te celebrare?
Pollutio nocturna q̄uis scđʒ se cōsiderata
nō sit pctʒ ex eo ꝙ absqʒ vsu liberi arbitrii cō
tingit tn̄ rōne sue cause hʒ qn̄qʒ pctm̄ ānexū
cui' est effect' vel signū. Ideo primo cōside
rāda ē pollutionis nocturne cā. Que triplex
eē pōt. Pria ē extrīseca spiritualis scʒ demo
nū illusio q̄ quādoqʒ puenit ex pcedēti negli
gentia preparationis ad deuotōnē ꝯserti cū
quis ad dormiendū accedit que pōt eē pctm̄
vel mortale vel veniale. Quādoqʒ vero p
uenit ex sola neqtia demonū volētiū impe=
dire hominē a sūptione huius sacramenti:
scđa causa est intrinseca spiritualis. s. cogita
tio pcedēs lasciua: q̄ qn̄qʒ est ex cōcupiscētia
⁊ delectatōe vbi si assit ⁊ cōsēsus subuertit pctʒ
mortale. si autē desit erit veniale. quādoqʒ
aūt pōt eē sine oī pctō vt cū aliqs cā lectōis
vel disputationis cogit' de talibus cogitare
Et si hoc fiat sine cōcupiscētia ⁊ delectatōe
non erit cogitatio immunda, sed honesta ex
q̄ tamē pollutio sequi pōt.